DISPUTATIONES.

PETRI OSTERMANNI MARCOHAMMONII I.V. DOCTORIS, MISCELLANEAE SELECTISSIMAE.

1. *De ſucceſsione Feudi.*
2. *De Tranſactionibus.*
3. *Juris publici Syntagma.*
4. *De pactis.*

DIVINA FAVENTE GRATIA, HABITÆ.

COLONIAE VBIORVM.

RESPONDENTIBVS LITERATISSIMIS SS.LL. CANDIDATIS ET STVDIOSIS, QVORVM NOMINA ſequens indicat pagina.

COLONIAE AGRIPPINAE.
Excudebat BERTRAMVS AB HILDEN.
Anno M. DC. XXV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
S. Andrea della Valle.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

NOMINA DOMINORUM RESPONDENTIUM.

1. *Johannes Adamus Weisbach Mœno-Francoſurtanus.*
2. *Chriſtianus* Calmberg *Lipſienſis.*
3. *Johannes Philippus Scheibler Gemun-denſis Haſſus.*
4. *Thomas* Schlipſtein *Hervordia Weſt-phalus.*

ILLV-

ILLVSTRIBVS GENEROSIS, ET MAGNIFICIS DOMINIS.

DOMINO IOANNI SIGISMVNDO A Lamberg LIBERO BARONI IN ORTENEGG ET Ottenſtain/DOMINO IN STOCKERN, & Amrang, Cathedralis Eccleſiæ Paſſauienſis Canonico.

NEC NON

DOMINO IOANNI MAXIMILIANO à Lamberg/LIBERO BARONI IN ORTENEG, ET Ottenſtain / Domino in Stockern, & Amrang, Dominis ſuis Clementibus, Fautoribus demiſſè colendis.

IN heroicis *Gabrielis Simeonis* ſymbolis depingetur, IVLIVS CÆSAR, ſtans ſuper globum mundi, ſiniſtra tenens librum, dextra gladiũ cum hac inſcriptione, Ex vtroque Cæſar, Alluſio prima eſt, Præluſtres, Generoſi ac Magnifici Domini Barones, Summam Reip. tuitionem de ſtirpe duarum rerum, armorum ſcilicet atque Legum venire, *L. vnic. in pr. C. De Iuſtin. Cod. Confirm.* Hanc Pa-

nacæã ſtillare ex Crinibus Apollinis, vt ait (*Callimachus in Apoll.*) felicemq; ciuitatẽ eſſe in q̃ eius guttę defluãt. Quemadmodũ enim virgo in Zodiaco cœleſti poſita eſt inter Leonẽ & librã: Ita in Zodiaco vitæ, Fortitudo, tanquã Leo, anteire debet Virginem illam caſtiſsimam, Iuſtitiam, & Aequabilitas debet illam ſequi adinſtar libræ. *Gueuar. in Horolog. Princip.* Altera: veram Nobilitatem deſcendere non tantum ex militia Sagata, ſed etiam Togata. *l. 14, C. de Aduoc. diuerſ. iudic. l. 7. C. De Poſtul.* Vlyſſes, teſte *Homero*, Enſe & Herba vſus eſt Mercurij ad adigendam Circem (quæ homines mutauerat in ſues) vt ſocios in priſtinam formam reuocaret; Enſis, eſt fortitudo; Herba, eſt virtus; quæ dicente *Hermogene*, radicem amaram, fructus verò ſuauiſſimos habet. Impulit hoc, non tantùm Alexandrum. M; vt Homero indormiret; Scipionem, vt Xenophontem nocturna verſaret manu ſimul atque diurna, quo Cyrum in rebus gerendis exprimeret: Selymum. I. magnum bellatorem, vt Alexandri & Cæſaris vitas ediſceret. *Curt. in Alexand. Polyb. in Hiſtor.* ſed etiam Iulianum ad tantam φιλομαθείαν, vt diceret: Κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ τάφῳ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην, id eſt, Etſi alterũ pedem in tumulo haberem; non pigeret aliquid addiſcere. *l. 20 ff. De Fideicommiſſ. libert.* Dionyſium Syracuſanum, alias tyrannum, ad tantam gratitudinem, vt Platoni, cuius opera in rebus diſcendis vſus fuerat, venienti aliquando multas naues ornatas obuiam miſerit: Achillem Græcorum præſtantiſsimum, vt Phœnicem ſuum Præceptorem ab Agamemnone ad ſe Legatum miſſum adeò honorificè tractaret, vt ei dimidium regni ſui offerret, & dimidio honoris ſui frui vellet. Hæc ratio etiam, quare Lex liberis docendis ita ſtudeat, in *l 14. §. 1. ff. de ſeru. corrupt.* maximè illis, quorum ſtudijs, Illuminatur totus mundus, *Auth. habita. C. Ne filius pro patre.*

tre. vt ſunt Heroum filij, quorum Præceptores comparantur ijs, qui æneas ſculpunt literas: Sicut enim vna litera infinitas ſui imitationes in chartis exprimit, Ita Principes viri mores ſuos in vniuerſam regionem profundunt. *Scip Ammian. lib.* 13. *diſc.* 3. Quos enim, inquit *Epictetus. lib.* 3. *cap.* 4. vulgus imitari præter proceres poteſt? qui ingrediuntur quaſi regula & exemplum cæterorum, quo pacto viuere debeant. Commouit proculdubio illuſtres & Inclytas Generoſitates veſtras ſimilis illa ſcientiæ ardor & auiditas, quod patrijs laribus relictis peruetuſtam hanc Vbiorum Academiam ſalutare, & inuiſere moleſtum non fuerit; Meque quod ideo haſce Miſcellaneas diſputationes Illuſtribus, Magnificentis V^ris demiſsè conſecrare non erubuerim, tum propter inſignem heroicamque morum & grauitatem & ſuauitatem, tum propter egregiam in ſtudijs pietatis, ac diſciplinarum liberalium aſſiduitatem, eximiamque pro hac tenella ætate eruditionem, quin & erga eruditos propenſionem, tum denique ob ſingularem erga iuris ac iuſtitiæ cultores beneuolentiam & beneficentiam. Quorum omnium locupletiſſimus teſtis, adiutor, ac promotor eſt fideliſſimus ac diligentiſſimus morum ac ſtudiorum veſtrorum Ephorus, Reuerendus Dominus Paulus *Jßaac* vir religioſa pietate, variarumque rerum peritia conſummatiſſimus, Fautor meus honorandus Accipite fronte ſerena, qualemcunque hanc meam opellam, Cogitantes quod etiam Phœbo digniſſima Ceres tulit, Nec dijs ipſis.

Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu.

Almam Triadem, cum tota Hierarchia cœleſti oro, vt illuſtres ac Inclytas Generoſitates veſtras, veluti inſignia lumina

EPISTOLA

Academiæ noſtræ perpetuò & animò & Corpore florentes ſeruet.

Coloniæ Agrippinæ 13. Septembr. Anno 1625.

Illuſtribus & Magnificis Generoſitatibus veſtris.

Deditiſſimus, & officioſiſſimus.

Petrus Oſtermannus. D.

Digitized by Google

ENCOMION VITÆ POLITICÆ, ET INVECTIVA IN IMPOLITOS Απολιδας.

VAH Homo turpis humus, niſi ὁμῶς ſua ſecula ducat.
Corpus habet, ſed quercus item; vires, Leo præſtat;
Eſt celer, aſt ceruus leuior, formoſus, at ipſum,
Pauo colore; Labore Aſinus: Vulpes præit aſtu,
Hunc Aper auditu, Lynx viſu, Simia guſtu,
Vultur odoratu, quoq; vincit aranea tactu;
Dente Canes, cornu tauri, piſceſq; natatu,
Mulus Calce, Volatu Ales, ſaltuq; Capella.
Vah Homo vilis humus, niſi ὁμῶς conuiuat in orbe.
Nil homine infirmum tellus animalia nutrit
Inter cuncta magis. Soli huic natura nouerca eſt:
Velleraq; cumq; aliis mater pennaſq; dediſſet,
Hunc nudum genuit, ſua veſtimenta negauit,
Principium vitæ dolor eſt, dolor exitus ingens,
Et medium dolor, auxilio deſertus ab omni
E cunis repens manibus pedibuſq; ſubintrat
Inſidias hominum, mortali vrgetur ab hoſte,
Cum cadit, (vt lapſus facilis) quis ſurrigit illum?
Cum triſtis, quis ſolatur? vitijſve medetur
Errantis lati, quis portio grata futura eſt?
Aſt homo quantus honos homileticus Orbis & vrbis!
Hic facilè exæquat Diuos, benefacta locando,
Munera pro meritis tribuendo digna, Salutem.

Mon-

Monſtrando, Euſebies fundamina prima docendo.
Ergò polita cohors melimela Politica diſce;
Queis ſine tota tua eſt, Mors, & confuſio, vita.
Aſpice Apes, glomerantur vti, ſua mellaq́ue ſtipant,
Intueare grues, formicaq́ue agmina parca;
Quinimo concentum cœli aſtrorumq́ue meatum,
Vt monſtrata patet Reſpublica rebus in illis:
Qui negat hanc, ratio huic, atq́ue experientia nulla eſt.
Naſcimur huic omnes, morimur Patriæ Omnibus Horis
Communisq́ue boni Prudens Operatur Honores.

Petrus Oſtermannus, I. V. D.

Digitized by Google

DISPVTATIO POLITICO-FEVDALIS THEORICO-PRACTICA.

DE SVCCESSIONE FEVDI

HABITA IN PERVEtuſta Academia Colonienſe, Præſide viro Clariſſimo & Conſultiſſimo Domino Petro Oſtermanno *I. V. D. Reſpondente Johanne Adamo Weisbachio Meno Francofurtano.*

Παρασκευή.

HVcvsqve dictum, quomodo feudum acquiratur, eo ipſo dum conſtituitur, inueſtiturâ ſc. propriâ, cum Vaſallus in ipſum corpus rei feudalis præſens & oculis ſubiectū inducitur. 2. *F.* 1. *in fin.* & 2. *F. in pr. arg. l.* 3. §. 1. *ff. de Acquir. poſſ.* Supereſt nunc acquiſitio Mortis cauſa, quę fit per ſucceſſionem, de qua. 1. *F.* 8. 2. *F.* 11. & 2. *F.* 50. ſuo tamen modo conſeruatio Feudi appellata. *Aluarott. c.* 1. De *Succeſſ. Feud.*

A ASSER-

ASSERTIO I.

FEVDI ſucceſsio teſtamento regulariter non defertur. 1.F. 8 *in fin,pr.Clar.in §. Feudum.q.*40. *in pr.& q.*83.Non obſtãte argumento à contractibus inter viuos ad vltimas voluntates concludente.*in fin.Inſt. de Leg.Fuſ.Canin.toll.Aluarot.in §. donare.n.*10.*Qualiter olim feud.pot.alien.*2.F.9. quia hoc fieret in fraudẽ conſuetudinum feudalium *pr.tt* 55.*lib.*2.F.2.F.12. illud non item. 2. F.3.2.F.34. 2.F.26. Et ne quidẽ vaſallus ad pias cauſas legare poteſt. 2.F.9.*Roſenthal.de feud.c.*7.§.3. Vel vnam candelam. *Mozz.de Naturalib. Feud.n.*79.Vel eius æſtimationem *Schrad.*7.*Feud.n.*9. *VVeſenbec. Conſil.*70.*n.*13.*Geil.*2.*De pac publ.cap.*14.*n.*5. Aliud tamen de iure Canonico tentarem,poſſe nimirum Vaſallum grauare heredem, vt de vino,quod educitur de vinea Feudali,omni anno pro anima ſua quid det.*arg.l.*13.*l.*19.*C.De SS.Eccleſ.Auth.Caſſa. Eod.c.Priuilegia.cauſ.*25.*qu.*2. Vide allegatos *à Roſenthal.cap* 7.*concluſ.*19.*Diff.VVeſenbec. conſil.* 4. *n.* 44.imprimis in Feudo hereditario.*arg.tit.*48.*vbi Dd.*2.F. *&* 45. *in fin.* vulgo Ein Erb/oder Erbſchaffts Lehen.*Geil* 2.*obſeru.*153.*n.*10.*& ſeqq.*

3. Impropriè etiam Feudi ſucceſsio ab Inteſtato tribuitur.*arg.l.*1. *in pr.ff.De Suis & Legit.pr.Inſtit.de hered.quæ ab Inteſtat.defer.l.* 116 *ff.De Verb.obligat.Aluarott.in cap.*1.*n.*3. *verſ. Oppono.ab extrà. De Succeſſ.Feud.* Vaſalli enim in feudis inteſtabiles ſunt *Forner.ad l.*64 *ff.de Verb.ſignif.* Sed quia in *l.*10.*C.De legitim.hered.l.* 6.*C.Ad S.Tertull.l.*2.§.5.*ff. Eod.*ac infinities inteſtati dicuntur illi,qui actiuam teſtamenti factionem nõ habent,ſi non ratione actus,tamen potentiæ. *Euerhard. in loc. legalib.à priuat.ad habit.*Vaſallos non tam inteſtabiles.vt in *l.*20.§.5. *& l.*26.*ff. Qui teſtam.fac poſſ.*quàm inteſtatos dicemus, ne qua tertia ſucceſsionis ſpecies confingenda ſit.*Goedd.ad d.l.*64.*n.*5.

2. Antiquiſsimo tẽpore feuda erãt precaria *l.*1.*ff. de Precar.* Würden geliehen;(Inde vernacula noſtra 'Ονοματοποιΐα; Ein Lehen) ſecũdò annalia;tertiò perſonalia; *l.* 16. *C.de vſuf.*quartò trãſmiſsibilia ad filiũ electũ duntaxat:quintò ad oẽs filios æqualiter:ſextò ad nepotes ex filio: Septimo collaterales fratres,octauò ad ſeptimũ vſque gradũ: nonò ad deſcendentes vſque in infinitum. 1.F.1.§. 1.2. *&* 3.*& ibi Dd.* Eaque ſucceſsio feudi iuris communis diſpoſitioni per omnia exæquata eſt, niſi expreſsè iure Feudali contrarium deciſum inueniatur. *Aluarott.d.*

*c.*1.*De*

Digitized by Google

c.1.De Succeſſ.fratr. vt in Feudis Guardiæ. Wart/oder Thurn Lehen/Caſtaldiæ, Vogt oder Keller Lehen/Soldatæ Soldt lehen/vom Soldt / vel à Soldurijs, ex quo & hodie ſtipendiarij milites à Franco-Gallis *Souldarts* indigitantur, quæ ad hæredes planè non tranſmittuntur. *1. F.2. vbi Dd.1. F.4.§.3.2 F.10 & 105.* Poſſunt enim poſt annum quauis hora vel à viuis auferri *1.F.11.2.F.81.* videlicet ablato officio. *2. F.94.* perinde vt feuda minimis valuaſoribus, German, Waluaſſers/ conceſſa. *1. F.16.*

4. Per deſcendentes hîc intelligimus Maſculos. *2.F.34.§.3.* Den/ Lehen Erben ſein Mänliche Lehens Erben. Sachſiſch/Lehen Recht/*art.21 iunct.gl.l.2.Schneid.hic.fol.138.n,15.* Sic & voces, Genus & Poſteritas, in feudalibus quæſtionib', & priuilegiatis ſucceſsionib' ſolos maſculos ex maſculis ortos ſignificant. arg. *2.F.11.1.F.1.§.4.l.195.in fin.ff.De V.S. Schneid.d.l.n.27.& 28.* Hinc Vaſalli ſimpliciter Männer vocitantur, quaſi præditi virilitate, animoque ſtrenuo & recto. *Heig part.1.quaſt.2.n.8 2.*& iudicium feudale. Ein Man gericht.

5. Non igitur fœminas, à fœtu dictas, *arg. l.14.§.1.ff. de AEdil. Edict.* Etſi ſit Hipſicratea Mithridatis vxor. *Valer.Maxim.lib. 4. cap.6. Aluarot.c.1.De his qui feud.dar.poſſ.§.3.* ad pugnam aſſueta, vt Camilla Virgiliana, & Amazones *Hartm.Piſtor.lib.6.2.q.34 n.1.* ſingularis fortitudinis, vt Artemiſia. *Herodot. lib.8.* & Iuditha. *Iudith.13.* Zenobia Regina orientis, Tomyris, Semiramis. *Rauis. Textor. in verb. Mulieres Bellicoſæ.* prudentiæ, vt Regina Sabæ. *3.Reg.10.per tot.* Caſtitatis, vt Suſanna. *Daniel.13.* pulchritudinis, vt Eſther. *Eſther.cap.2.* Iudicij, vt Debora. *Iudic.4.v.4.* propter innatam enim ſexui garrulitatem Carſaniæ ſunt. *l.1. §.5 ff de Poſtuland.* minorem dignitatem, Caput & cauda familiæ. *arg. l.195.§.fin.ff.de verb.ſignif.* inditũ pudorem. *Leo Imp. Nouell. 48.* non omnibus ſeſe manifeſtare debent. *l.14.verſ.Cum C. De Contrah. & commit ſtip.* Hinc *Adag.German.* Ein Weib vnd ein Feigkrüg gehören hinder den Ofen. *VVanckel.in margin.ad Horolog.Princip.Anton de Gueuar.* imò omne mulierum auxilium in ploratu conſiſtit. *l.1.§.28.ff. Ad S. Syllan.* Idem verum eſt, etiamſi maſculi ex fœmina excluſa nati ſint, cum deſtructo antecedente deſtruatur conſequens. *l.1.in fin pr.ff. de offic.ei.cui mand.eſt iuriſd.* Etiamſi feudum exiguum ſit *arg.l.fin.ff.de Inſtr.vel Inſtrum,leg.l.22.in fin.pr ff.de Damn.infect.* Ligium. *Ruttershuſ.*

 libr.

Digitized by Google

*lib.1.partit.feud.cap.14.quaſt.*8.Emptitium.*Zaſ.in Epit feud.p.8.n.37.& p.vlt.n.21.*

6. Fallit hoc etiam ſine pacto ſpeciali, ſi feudum ſit fœmineum/ Ein Weiber oder Kunckel Lehen/fæminæ.2.F.30.2.F.50. aut iugalibus conceſſum 2 F.104 §.2. item Maſculinum per pactum alteratum, vt in eo fœminæ deficientibus maſculis ſuccedant.2.F.50. [ibi, niſi ex pacto] 2.F.11.quod tamen eo caſu maſculinum manet.*Hartm.Piſtor.2. quaſt.* 34..*n.*13. nec fœmina per exiſtentiam maſculi ſemel excluſa, in perpetuum excluſa cenſetur. 2.F 17.*Hartm. Piſtor.*2.*F.*36.*Diſſ.Gail.* 2 *obſ.*148.*Niell.diſp.*5.*theſ.*4.*lit.*C.Idem eſt,ſi feudum ſit Francum. 2. F.104.*in fin pr.*à Francis dictum,von den Freyen Hanſen /id eſt Heroibus,qui cæteris mortalibus fortuna & opibus antecellunt. *Hadrian Iun.in Etym.Fra cor.*(vnde etiam vocabulum Hänſe Stätte originem trahit.*Chriſtoph Beſold. de iur.& Imper.ciu t.diſſ.*.13. non quaſi am See Stätte *Rutger.Rul and.p.*2.*lib.*5.*ca.*4.*n.*56.) Aut ſi feudum ſit conditionatum,Germ. Ein Seß Lehen. ſcilicet vt Vaſallus in feſtiuis diebus vadat cum vxore Domini ad Eccleſiam.2 F 2.*§.Prateteà.*

7. Quæritur.Quid de Hermaphrodito, Androgyno ſemiuiro ſc. & ſemifœmina(à Mercurio,id eſt,Hermete & Aphrodite,id eſt venere nuncupato.*Ouid.lib.*4.*Metamorphoſ.Coraſ.ad l.* 10.*ff. De ſtat. hom.*) dicendum? ſuccedetne in feudis? Affirmatiuæ ſerram traheremus, ſi in virilem ſexum magis incaleſceret, & eius perfectionis ſit , vt ad ſeruitia habeatur idoneus : Aliud ſi declinet ad fæmineum ſexum. *l.*10. *ff.de ſtat hom.l.6.§.2 ff.de l.& poſth. l.* 15.§.1.*ff.de Teſtib.Blank lib.* 3 *feud.cap.*1.*num.*36.*Roſenthal.cap.*7.*concluſ.*72. Id tamen non tantum ex pudendis,in quibus eſt viliſsima pars corporis , dignoſcendum, ſed ex actibus virtutum , & corporis agilitate, vt conſuluit in quodam ex Marchionibus de Malaſpina. *Bald.in l.fin.in* 3.*col.* C. *De ſuis. & legit.*Priuilegia enim durant etiam in ſterili. *l.* 12. *§.* 1.*verſic. Et ideò.C.Qui pot.in pig.hab.§.*4.*Inſt.de S.Tertul.Iacob.De S.Georgio in vocab. Marchio.n.*5.

8. Nec excludimus ab hac ſucceſsione poſthumos , ex vtero matris mortuæ exectos, licet viperæ inſtar in lucem proſerpant , & quaſi parricidio gignantur. *Apulei in Apolog.*2 *l.* 12.*in pr.ff. de lib. & poſth.l.*1.*§.* 5. *ff. Ad SCtm. Tertullianum. l.* 3.*C.de Poſth.hered.inſtit.*

Sibrad.

Digitized by Google

Schrad.p.7.cap.5.numer.13. qui Cæſones dicuntur, Inde Iulius Cæſar appellatus, quod mortua matre, & cæſo eius vtero natus ſit. *Munſter. lib.2.Coſmograph.cap. Qualis ſtatu & forma*, à quo nomen illud ad reliquos Impp. peruenit. *Tiraq.de iur.primog quaſt.18 num.3.* Non ſecus vt Reges Ægyptij priſci Pharaones, & poſteriores à Ptolomæo, Ptolomæj Reges Ponti Mithridatæ, Reges Paleſtinæ Abimelechi, Reges Parthorum Arſacidæ, ab Arſace nominabantur. *Procop. lib. 2.De Bello Perſico.* & ita patrio ſermone etiam Imperator Romanus Käyſer appellatur *Dauth in tract de teſtam p.224.num.225. Ioachim. Cluten.in Syllog.rer,quotid.conclus 23 lit.B.* Quem etiam Imperij Romani, & totius orbis Chriſtiani hoſtis infenſiſsimus & hereditarius Turca, Reichs Abſch. Zu Regenſpurg. de Anno 1532. §. Derhalben Churfurſten/ Monarcham & orbis Chriſtiani caput agnoſcit, & vſitatoſtylo tali affatur titulo Auß den Potentaten Jeſu der furnembſte/ vnd zwiſchen dem Geſchlecht Jeſu Erwelter. furnembſter Herr aller Chriſtlichen vö cker/ ein verſorger vnd Adminiſtrator der Gerechtigkeit/ vnſer Nachbar vnd gutter freundt *&c. teſte Haimsfeld. in legat. Ebrahimi. Strozze. Anno.1562.in Comit Francofurt.* & talem ſe profitetur. *Maximil 2.Receſſ Imper.* de Anno. 1455. ibi Weiland Käyſer Juſtinianus vnſer Vorfhar am Reich. Item Ludouicus 4. & Fridericus Pulcher Impp. his verbis. Wir Ludwig vnnd Friederich/ *&c.* bekennen/ daß wir vns miteinander verbunden haben ewiglich daß wir das Römiſch Reich/ darzu wir beide erwehlet/ vnd geweihet ſein/ mit allen ſeinen wurden / rc. Vnnd was es hat vnd darzu gehöret / vber alle die Welt/ miteinander gleich als ein perſohn beſitzen ſollen/ vnnd wöllen rc. vid *cuſpin.in Auſt. Coler.de iur.Imp.Germ.ſect.14.* Qui *idem* ait *ſect.* 18. non impugnare Αὐτοκρατορίαν Imperatoris, quod Imperij Principes in Comitiorum decretis in fine addunt. Vnd wir Churfurſten rc. bekennen offendtlich mit dieſem Abſcheide/ daß alle vnd jede obgeſchrieben Puncten vnd Articul mit vnſeren guten wiſſen/ willen vnd Rahte furgenohmmen vnd beſchloſſen rc *Heiminsfelt.tom.3.Conſtit.Imp.p.133.& 154.* Inde dicitur der gantzer Chriſtenheit rechter Schutz vnd Schirm Herr. Reichs Abſchied zu Augſpurg.de Anno.1518.§. Erſtlich. Item. Ein Oberſter Vogt/ vnd Schirm-Herr der heiligen Chriſtlichen Kirchen. Ibid. de Anno.30. §. Auff ſolches.

9. Nec

Digitized by Google

9. Nec Emancipatos. *Duaren de feud. cap. 12. n. 3. Borch. cap. 7. p. 2. n. 46.* Exheredatos. *arg. pr. tit. 8. 1. F.* niſi talis ſit Exheredationis cauſa, eaque notoria & probata, ob quam Vaſallus non poſsit ſtare in curia Domini, & honeſtè ei ſeruire *Mozz. De Feud. cap. 5. n. 72. Zaſ. p. 8. n. 8. & ſeqq.*

Adoptiuos tamen non admittimus. *2. F. 26. §. 4. verſ. Adoptiuus.* nec Spurios aut Nothos. *d. tit. 26. c. naturales. 2. F.* vulgò Baſtardos, quaſi Böſe art/ dictos Liebkinder. *in conſtit. Elect. Palat. part. 4. &* Jungfrawenkinder. *Rittershuſ. in expoſ. Nouell. p. 2. cap. 5. n. 2.* quia non ſunt de domo ſeu agnatione patris. *l. 19. ff. De ſtat hom. l. 4. ff. Vnd cogn.* & propterea illius nobilitatem non aſſumunt *Tiraq. de Nobilit. c. 15. n. 10.* nec arma vel inſignia patris gerunt. *Chaſſ. in Catalog. glor. mund. p. 1. conſid. 38 concluſ. 24.* niſi per interlineam à ſiniſtro latere in dextrum, quàm Barram vocant: Ein Strich / vnde prouerbium, Ein Strich dardurch. *Beſold. lib. 1. politic. cap. 11 §. 7. n. 60.* quo naturalitas læſa denotetetur. *Palaot. de Spur. cap. 60. n. 9.*

10. Quid verò, ſi Baſtardi per ſubſequens matrimonium legitimentur? Per omnia de iure ciuili legitimis æquiparantur. *c. tanta 6. X. Qui filij ſunt legitimi. Nouell. 74. c. 2. Ged. 2. obſeru. 141. n. 4* & in Hiſpania vera gaudent nobilitate. *Hieron. de Cauall. pract. quaſt. 2. n. 44. & ſeqq.* In Germania tamẽ contrarium obtinet. *arg. d. cap. naturales tit. 26. 2. feud.* Den es wirdt niemandt den Reim zu Nürnberg außlöſchen. Ideò Fridericus Palatinus Elector victorioſus dictus, ne Principatus diuiſio iteretur nuptias non contraxit, ſed filios duos ex concubina ſuſcepit, quã licet pòſtea habuerit vxorem: Filios tamen illos noluit eſſe Palatinatus heredes, ſed natu maiorem Canonicum Eccleſiæ Spirenſis, alterũ Comitem in Leuwenſtein effecit. *Tritbemius, de Reb. geſt. dict. Frideric. p. 5.*

11. Multò minus Legitimati per reſcriptũ Principis, & Comites Palatinos, qui hodie honoris tantũ habent titulum, & non niſi in ſpeciali diplomate ſibi facta poteſtate natalibus reſtituere poſſunt. *Schrad. p. 7. n. 27.* Quia vti Princeps non poteſt Vaſallos ſuos ſine culpa deueſtire. *1. F. 7. 21. & 22. verſ. Sancimus.* Vnde Moguntinus contra Henricũ Imperatorem dixiſſe fertur. Quem meritum inueſtiuimus, cur non immeritum deueſtiamus? *Helmod. in Chron. Schlauor. Arum. in diſcurſib. ad Aur. Bull. cap. 1. theſ. 7.* Sic multò minus agnatis per hanc legitimationem

nem

Digitized by Google

nem ius debitum auferre. *l.13.§.1.ff.Com.Præd.l.3.C.de Reſcind.vendit.l.5 C.De Reuoc.don.Ezech.cap.46.v.*18. Ne exemplificet pœnam Achabi Regis ob ereptam Nabothi vineam. 3 *Reg.21.v.19.vid. Zaſ.vol.2. conſil.* 10. *n7.*& *in tract.feud.p.8.n.74.Schrad.p.7.cap.5.n.25.*

12. Legitimi & Naturales aliàs ſuccedunt in infinitum, graduum prærogatiua tamen & partium æqualitate ſeruata. 1.F.1.§. 4. 2. F.11. exceptis feudis Regalibus. Fhanen vnd Schepter Lehen / ſo Furſtenthumb vnd Grafſchafften belangen / vnd vom Reich zu lehen Rhuren / *Receß.Imper.de anno* 1521.*ſub rubr.* Römiſch Keyſerlich Regiment §. Ob auch *Ordin.Camer.p.1.tit.* 7. In his enim ſolus primogenitus ſuccedit. *Aur.Bull.cap.*25. Gulichſche Landtz Ordnung.*cap.*93.§. vnnd iſt qui de iure diuino ad dextram patris ſedebat, duplicatos cibos habebat, præ fratribus ſacrificia offerebat. *Gen.25.v.31.& 43.v.33.Exod.13.v.2. Num.5.v.9.Deuter.21.v.15.& ſeqq.2.Reg.13.v:21. Zach.12.v.10. Gloſſ. in cap. Quam periculoſum cauſ.7.quaſt.1.*& poſt eam *Ioh.Andr. & Panorm.in c.licet.X.De Votis.* Idque ideò quia exitioſa ſemper fuit πολυχοιρανία: quotidiana enim docet experientia ex crebra & toties repetita bonorum diuiſione, familiæ, ſi non planè intercidunt, ſaltem attenuantur, vt ſtatum ſuum pro dignitate tueri non poſsint. *Luc.11.v.17.2.F.55.§.1.verſ. Præterea.Geil.2.obſ.153.n.2.*

13. Etſi primogenitus ſit natus, antequam pater ſucceſsit in Electoratu, ſecundo autem genitus à patre Electore ſit prognatus, nihilominus præfertur natu maior. *l.2.§.1 ff.de decur.l.9.§ parentes. ff. de Pœn.l.8.C.de Aduoc.diuerſ.iudic.Tiraq.de iur.primog.q.31. Anton. Coler. de iur. Imper.Sect.52.* Si autem primogenitus moriatur abſque heredibus, & extent filius ſecundo geniti, & tertio genitus, hunc illi præferri dixero. *Idem. Coler.cit.loc.ſect.52 Forſter.lib.4 c.22.n.7.*

14. De hiſce Feudis Regalibus ſoli Imperatori competit facultas cognoſcendi. *1.Feud.14 in pr.2.F.10.vbi Dd.Aur. Bull. Carol.4. cap.7.* Vnnd ob derſelben Furſtenthumb eins oder mehr im Reich ledig wirt / ſo ſoll vnd mag ein Romiſcher König / der zu den zeiten iſt / damit thun vnd verſehen / alß mit einem guth / daß ihm vnd an das Reich gefallen iſt. Vrbanius tamen facit ſi adhibet conſilium Electorum. (qui ſunt principales Imperij columnæ, Die Allernächſte glieder des Reichs. *Aur.Bull. tit.2.§.Et quia.* Sunt ſeptem candelabra lucentia. *in proœm.eiuſdem.* Cæ-

ſareæ

Tarcæ ſublimitati in partem ſollicitudinis conſtituti. *tit fin.* Edle Seulen den heiligen Bauw der furſichtigen weißheit mit emſiger gütte vnterhaltendt. *tit.* 3. Regibus ſcribunt. Ewer lieb vnd nicht ewer gnaden / dann ſie ſeindt Königen gleich geachtet *Arum in diſcurſ.* 3. *Ad Aur. Bull. theſ.* 11.) Sic Ludouicus Bauarus Marchionatum Brandenburgenſem in filium ſuum non aliter niſi conſilio procerum tranſtulit, vt teſtatur in *Epiſt. ad Iob*:22.*Pontificem*.his verbis. Darumb wir als Römiſcher Furſt/ vnd rechter Naturlicher Verwalter des heiligen Römiſchen Reichs/mit Rhat der Stände des Reichs. Nach Vermöge der Käyſerlichen Rechten/vnd löblichen Gewonheit/des Heiligen Röm. Reichs verliehen habē vnſerem Erſtgebohrnen/die Marck Brandenburg Quid verò ſi & ipſe Imperator ius aliquod prætēdat, quis tū de controuerſia hac cognoſcet? Reſpondet. *Specul. Sueuic. lib.* 1. *cap.* 23. §. Kriegt der König mit jemandt vmb gut/ oder ander ding / daß des Reichs iſt/da ſollen vber ſprechen/die Fürſten vnd Grafen/die Freyen vnd des Reichs Dienſtmanne. *Roſenth. de Feud.* 12. *n.* 2. *Buxdorff. Concluſ.* 83. *ad Aur. Bull.*

15. Feuda Regalia ſunt, quæ recenſentur *in tit.* 10. *lib.* 2. *F.* 1. Ducatus de quibus inueſtiti Duces dicuntur , Hertzogen quaſi Herren deß Zügs. Huiuſmodi ſunt omnes Imperij Principes, vt Sereniſsimi Domus Auſtriacæ Archiduces (qui primas poſt Electores tenent, & proximam à dextra eorum ſeſsionem habent. *Cluten in Syllog. rer. quotid. Sect.* 25.) Duces Bauariæ, Burgundiæ, Lotharingiæ, Palatinatus, Saxoniæ, Iuliæ, Brunſuigiæ, &c. His annumero Comites Prouinciales, die Landgraffen (iudices Mediterraneos, ad differentiam Marchionum) Die da Richter geweſt ſeind eines Landes ſo zwiſchen des Reichs lande ligt/ *Borcholt. de Feud. c.* 5. *n.* 3. Ac veroſimile videtur fuiſſe eoſdem olim Gograuen vel Gauwgraffen (pagi præſides) Gau namque vel Göu (à γαῖα) ſiue pagus ſumitur pro territorio. *Knichen. in tr. de ſuper. c.* 4. *n.* 119 Memorantur autem præcipui Thuringiæ, Haſsiæ, Alſatiæ & Leuchtenbergenſis Landgrauiatus *Beſold. de Comitib. & Baronib. Imper. ſect.* 9. 2. Marchia de qua inueſtiti Marchiæ Comites, ſeu Marchiones ſūt. 2. *F.* 10 Marckgraffen finibus imperij præfecti Marck Richter oder Grentzfurſten/die vber ein ſolch landt Richter ſeind/ das an den grentzen deß Teutſchen Reichs ligt *Borch. d. c.* 5 *n.* 32. Sic Henricus I. Saxonum

Dux

Dux. Auceps dictus à venationibus quibus deditus fuit, cum expugnaſſet Brandeburgum ſiue Brenni arcem, Henetorum vrbem primariam, collocauit in ea Marchionem, qui fines Imperij contra vicinos Henotos defenderet. Quemadmodum etiam in Miſnia & Luſatia Marchiones aduerſus Bohemos, Sleſuici contra Danos creauit, quod ante ipſum etiam fecit Carolus Magnus in Auſtria, & Morauia cõtra Sarmatas, Polonos & Vngaros *Dreſſer. in Millen. 2. in Hiſtor. Henric. Aucupis. Diſſent. Alciat. in lib. de ſing. certam. cap. 32. aliiq.* qui Marchionem præfectum Equitum ſignificare ait, quia veteres Galli, & Germani noſtri Equum militarem Marck vocitarunt, vnde Märe hodie Equa, & Comeſtablus Comes ſtabuli, Marſchalus à Marach equo, & Schalck, ſeruo. *Beſold. cit. loc.* Huc referri etiam poſſunt Comites Palatini (Pfaltz Graffen) olim Palatij Cæſaris Iudices ſiue præfecti erant: Richter der Käyſerlichen oder Königlichen Hoffs. *tit. 55. in pr. lib. 2. Feud. Aur. Bull. cap. 5.* Nunc Kammer oder Hoff Richter dici poſſent. Etenim Pfaltz/ ſiue ex vetuſta dialecto Pfallentz, idem quod Palatium, vel Curia Regalis ſonat, ſicque Curia Argentinenſis, & hodie Die Pfaltz indigitatur. Item Burggrauij, perpetui Caſtellani, præfecti, ſiue iudices erant, certi alicuius præſidij atque arcis. Ein Herr ſo einen Veſtung des Teutſchen Landes zu Lehen innen hat/ Obriſter Richter der Stadt. Talis eſt Burggrauiatus Norimbergenſis, Magdeburgenſis, & in vrbe Friedberg vnnd Gellnhauſen. *Beſod. cit. loc. ſect. 11.* Zent Graven centenarij zent quaſi zehent Graffen/ id eſt diſtrictus minoris vel criminalium cauſarum iudices. de quibus *Knichen. de iur. territ. c. 4. n. 54. & ſeqq.* Dinggraven Iudices Pedanei Raugraven. Saltzgraven deſcribit *Idē d. c. 4. n. 68.* Holtz vnd Waldt Graven/ quibus cura ſyluarum commiſſa eſt, Rein/ vnnd Wildt Graven. *M. Freher. Orig. Palat. c. 3. f. 23.* (3.) Comitatus *d. f. 10. 2. Feud.* Ius Saxonicum hanc rem definit: Graffſchafft iſt nicht anders dan eine Jurisdiction/ oder eine gegendt vnd Weichbildt/ welcher vor Alters den Graven durch die Käyſer verliehen worden/ auff daß ſie an Ihrer Statt daſelbſt Gerichtszwang hielten / vnd jederman richteten/ dieweil man den Käyſer nicht vmb alle ſachen hat mögen beſuchen. *Rittershuſ. in partit. Feud. cap. 8. f.* 259. Dicuntur Comites *Germ.* Graven/ quaſi Grauwen/ Cani, Seniores, Senatores, hoc eſt præcipui & Optimates *Beſold. Diſſert. 1. de Comit. & Baron.* non à foſſis, quæ nobis

Graben/ à Belgis Graven, vt *Heig*.1.*q*.2.nec à Latino Grauis,aut Gallico *vn'homme graue,Lycklama* 5.*memb.Eclog*.9.nec à Graeff/ quaſi Gaer Haeff/tributorum exactor Celtis.*Adrian. Schrick.in Indic. de Origin. Celtic.* Sanè apud Francos cæteroſque Germanos vox Comitis Iudicẽ ſignificat,1.*F*.26.*in pr.* [*ibi à Comite vel à populo.*] Sic hodie in Archiepiſcopali alto Iudicio Coloniæ. Gräff vnd Scheffen pro iudice & Aſſeſſoribus vſurpant.& Frey Graffen nuncupantur Prætores occultorum VVeſtphalicorum iudiciorum ex priuilegio ſine operoſâ cognitione & ex arbitrij libertate in facinoroſos animaduertentium. *Paurmeiſt*.2. *De Iuriſd.cap*.11.*n*.4.

18.Poſt Deſcendentes ſuccedunt quidem Aſcendentes in linea recta *Nouell*.118.*c*.2.in Allodijs,de quibus.*tit*.54. *lib*. 2. *Feud*. quæ vel à Germ.Anlöden/vt *Rittershuſ.in partit Feud.* Vel à Latino *Laudo Alciat*. vel à Græco ὅλον ἴδιον,quia eſt prædium optimi iuris, & ab omni fide & ſeruitio liberum,Feudo contradiſtinctum,vel à ςερητικῶ ἀ. & *Leodes* quæ vox Gallis notat fidelem.*Cuiac.* Vel quaſi ſine *Lode*, id eſt ſeruitio:vel ab allen leuten deriuantur:Non verò in Feudis. 2.*F*.50. *in pr.* quod ſumitur ex coniecturata mente & communi affectione hominũ ſuæ poſteritati,atque æternitati,quantum quidem licet,conſulere cupientiũ.*l*.220.*§.ff.fin.de Verb.obligat.Cuiac*.1.*F*.11. Excipe; quãdo Pater vel auus ſuperſtes in gratiam filij vel nepotis feudum refutat *Mynſing*. 3.*obſeru*.93.2.Quando filius reſpectu meritorum paternorum de feudo inueſtitus,ante patrem ſine prole maſcula decedat. *Roſenthal. cap*. 7.*Concluſ*.14.*n*.9.

19.Proxima igitur ſucceſsio eſt Collateralium, in Feudo Antiquo 2.*F*.11.ſiue vtrinque,ſiue ex vno latere coniunctorum *Geil*.2. *obſ*.151. graduum prærogatiuâ obſeruata. Nach Rechter Sippzahl *pr. Inſt.De Legitim. Agnat.ſucceſ.* Et fratrum filijs ſolis exiſtentibus,in capita, So viel Mundt/ſo viel Pfundt.*Conſtit.Carol*.5.*promulgat.in Comit.Spirenſib. Anno*.1529.Cum patruis concurrentibus in ſtirpes admiſsis. *L.vlt.C.de legitim.hered.*Clerico ius ſuccedendi denegatur : Quia miles ſeculi eſſe deſinit,qui cœpit eſſe miles Chriſti.*c.placuit*. 3.*cauſ*.21.*quæſt*.3. 2. *F*. 21. etſi primam tantum habeat tonſuram. Fallit.1.niſi in inueſtitura cõtrarium cautum ſit.2.in Feudo Franco.3.Conditionato, vbi honeſtè ſeruitia à clerico exhiberi poſſunt.4.Si fraude Agnatorum quis Clericus.

Digitized by Google

ticus factus. 5. In feudo Emptitio. 6. in hereditario &c. vide *Vultei. De Feud. cap. 9. n. 67.*

20. Affinium, ſicut quorumcunque extraneorum nulla ſucceſsio eſt. Hinc vulgatum: Schwägerſchafft hindert woll am Ehelichen leben/aber furdert nicht zum Erbe/ 2. F. 11. 1. F. 1. §. 3. Nec coniugum 1. F. 15. 2. F. 13. licet in bonis Allodialibus aliud receptum. *l. 1. C. Vnd. vir. & vxor.* Hinc feudum in dotem datum, niſi maritus etiam ſpecialiter ſuo nomine de eo inueſtitus ſit, ſoluto matrimonio reuertitur ad Dominum. 2. F. 8. §. 2. *in fin.* Nec Fiſci. *Vultei. d. c. 9. in fin.*

21. Ad conſeruationem Principum familiarum admittimus hic pacta ſucceſsionis, die Erbuerbrüderunge. *arg. l. 6.* C. De Pact *Geil. 1. obſeru. 127. n. 9.* Tale pactum inierunt Anno Chriſti. 1262. Thuringiæ Duces, cum Principibus Haſsiæ. Item cum *Brandenburgico.* quo in reſeruata fuit facultas teſtandi, vſque *ad 12. millia Floren. Rhenenſ. Schrad. p. 10. ſect. 7. n. 27.* Aliud exemplum legimus, apud *Reuſn. vol. 1. Conſil. 3. An.* 1554. *Menſ. Sept. Iohannem Fridericum 2. Iohannem VVilhelmum & Iohānem Fridericum 3. Saxoniæ Duces, cum VVilhelmo, Georgio Erneſto, & Poppone Principibus Hennebergicis* Confraternitatis pacta inijſſe, hac ratione. Daß vnſer beiderſeits Ort land vnd Herrſchafft zu Francken/ die weil ſie mehr als an einen Ort zuſamen grenzen vnd ſtoſſen/ in maſſen ſie dan auch vor 200. Jharen zuſamen vnnd in eine Herrſchafft gegen Henneberg gehörig geweſen/ꝛc. Item damit nicht auß vnſer eines Furſtlichen Hauſes vnd Stammes tödtlichen vnd ledigen Abgang ein frembder vnd vnnachbarer Stamm dem Anderen theil zur Vnruhe Schaden vnd nachtheil in derer örter einem einſetzen möchte. Ad eundem quoque modum inter ſe pacti ſunt Duces Bauariæ, & Principes Palatini referente *Bodin. lib. 1. De Republ. c. 2. num. 13. Schonborn. 2. politic. 13.*

22. Cauſa Efficiens horũ pactorum ſucceſſoriorum eſt paciſcentium conſenſus & placitum. *arg. l. 1. §. 1. ff. De Pact. L. 11. C. De Contrah. Empt. L. 5. C. De oblig. & Act.* Non conſuetudo, vt *Barthol. Muſc. in tract. de ſucceſſ. conuent. & anom. memb. 1. claſſ. 1. concluſ. 1. Lit. B. arg. L. 19. C. De Pact.* Et licet de iure ciuili omnia pacta circa ſucceſſionem interpoſita, ſiue affirmatiua de ſuccedēdo. *l. 15. C. De Pact. l. 3. C. De collat. l. 61. ff. De verb. oblig.* Siue negatiua de non ſuccedendo. *l. 3. C. De collat l. fin ff. De ſuis & legit. hered. arg. l. 2. §. 2. ff. De vulg. & pupill. ſubſt. l. 29. §. 2. ff. De Donat. l. 6.*

C. *De Patr. poteſt.* Siue reciproca ſint, ſiue non *d. l.* 19. *C. De Pact. l.* 11. *C. De tranſact. Peck.* 1. *De Teſtam. coniug. c.* 8. *VVeſenbec. conſil.* 71. *num.* 12. Diuerſum de conſuetudine obtinet. *Mynſ.* 2. *obſ.* 33. *Geil* 2. *obſ.* 126. Militibus tamen *in d. l.* 19. *C. De Pact.* & ad exemplum illorum illuſtribus perſonis hoc conceſſum, quatenus Imperatori ſemper militare dicuntur. *l.* 2. *C. De Domeſtic. & protect. Geil.* 2. *obſeru.* 127. Vnde etiam confraternitatis hiſce pactis talia verba inſeruntur. Thun auch ermelte auff vnd Ubergebung gegeneinander gegenwertiglich in vnd mit krafft dieſes Brieffs in der aller beſtendigſten form/ weiß/ vnd Maß/ als ſolches iure publico militari vnd ſonſt zu recht geſchehen kan vnd mag / *teſte formula confraternitatis. Ducum Saxoniæ & Haßiæ. Anno* 1555. *renouata.*

Materia horum pactorum ſunt omnia bona tam præſentia, quam futura, vt patet ex verbis dictæ confraternitatis inter Duces Saxonię & Landgrauios Haſſiæ ibi: mit allen vnſern Landen vnd Leuthen/ die wir Jetzundt haben/ oder wir vnd vnſere Leibs Lehens Erben noch gewinnen mögen/ & Imperatoria confirmatio Caroli 4. ibi: Die ſie an beiden ſeyten Jetzundt haben/ oder hernach ewiglich erwerben vnd haben werden/ wie man die mit ſonderlichen Namen benennen mag / nichts außgeſchloſſen ſein/ heiſſen ſollen vnd mögen/ tàm mobilia, quàm immobilia; quod patet ex eiuſdem confraternitatis literis, ibi: Daß alsdann deßhalben abgegangenem Fürſtenthumb/ Graffſchafften vnd Herrſchafften / Lehen vnd Pfandtſchafften/ mit Landt vnd Leuten/ Erbeigen Kleinoden/ Schulden/ Guld/ Geſchütz vnd zugehöriger Artillerey nichts außgeſchloſſen / beweglich oder vnbeweglich / &c. An autem hæc ſucceſſoria pacta etiam de feudis fœmineis in præiudicium ipſarum fæminarum fieri poſſint? quæritur? Affirmatur; modo illæ fæminæ exiſtant paciſcentium hæredes, tunc enim patrem ipſis præiudicare poſſe planè nobis perſuaſum habemus. *arg. l.* 14. *C. De Rei vindic. vid. Caſpar. Guttich. de Confratern. theſ.* 5. *Diſſ. Nicolaus. Betſius in ſuo tract. de pact. & conſuet. illuſtr. fœm. c.* 4. *pag* 84. in feudis fœmininis ortum à fæminis habentibus. per. *c. vnic. De Feud. Fæm.* 2. *F.* 30.

Forma horum pactorum ſucceſſoriorum conſiſtit in Imperatoria authoritate & approbatione, ideò hæc clauſula inſeri ſolet. Saluo iure Imperij & cuiuſcunque. Dem Heiligen Reich vnd menniglich vnnach-

Digitized by Google

nachtheilig. *Geil. 2. obſeru.* 127. *num.* 7. An verò hodiernis moribus adhuc Imperatori integrum ſit talia pacta de nouo inita, abſque conſenſu Electorum non tantum approbare, ſed etiam de illis paciſcentes inueſtire? Negatur *ex Capitulatione Ferdinandi I.* quã recenſet. *Buxdorff. Ad Aur. Bull. concluſ.* 87. *lit. h.* his verbis: Was auch von lehendem Reich vnd vns bey zeit vnſer Regierung eröffnet/ vnd ledig heimfallen werden/ ſo etwas mercklichs ertragen / als verfallen Fürſtenthumb/ Graff- vnd Herrſchafften / Stätt vnd dergleichen / die ſollen vnd wöllen wir nicht verleihen/ ſondern zu vnderhaltung deß Reichs vnſer vnd anderer nachkommenden König vnd Kayſer behalten / einziehen vnd incorporiren, biß ſo lange daſſelb Reich wider zu weſen vnd Vffnehmen kompt. Doch vns von wegen vnſer Erblande vnd ſonſt meniglich an ſeinen Rechten Freyheiten vnſchädlich.

Finis vltimus horum pactorum eſt pax & tranquillitas publica; Subordinatus, tum fauor & vtilitas paciſcentium, tum ſubditorum. *arg. l. 4. C. de Primipil.* Hinc etiam talia verba confraternitatibus inſerta reperiuntur, Nach dem in Vorzeiten vnſere VorEltern/ ſich vmb nutzes vnd friedes willen jhrer aller Landt/ Leuth/ vnd Vnderthanen/ mit jhren Landen vnd Fürſtenthumben/ durch Römiſche Kayſerliche verwilligung ꝛc zuſamen verbrüdert.

Effectus Primarius eſt mutua ſucceſſio: Quod innuere videtur confirmatio pacti ſucceſſorij *Saxoniæ & Haßiæ in verbu.* Ewiglichen gleiche/ rechte vnd Erbliche mitgeerben vnd gemeiner Lehen vnd Rechter gewehr jhrer Fürſtenthumber/ Graffſchafften vnd Herrſchafften *Guttich. d. loc. de confraternitatibus, theſ. 8.*

Eiuſdem farinæ ſunt Pacta Vnionis prolium (vulgariter Die Einkindtſchafft) in Germania, alijſque prouincijs conſuetudine recepta, vel ſtatuto comprobata. contr. *l. 19. & l. fin. C. De Pact. vbi Dd. Canoniſtæ. in c. quamuis. Eod. tit. in 6. Geil. 2. obſeru.* 125. Conſentit Gülische Rechts-Ordnung Hertzogen Wilhelms *cap.* 75. his verbis. Ob woll nach beſage gemeiner Rechten Pacta vnd gedinge/ dardurch die Rechten Erben jhrer künfftigen gebührenden Erbſchafft entwendt oder außgeſchloſſen werden/ in etlichen fellen krafftloß vnd von vnwerden gehalten/ So iſt doch die Einkindtſchafft auß mercklichen vrſachen zugelaſſen / Alſo da Eheleuth kinder miteinander gezielt/ einer aber vnder denſelben darnach todts abge-

het/vnd der vberlebende widerumb zur Ehe greiffet / daß darunder Ein-Kindeſchafft woll mag abgeredt vnd beſchloſſen werden/ dardurch die kinder voriger Ehe mit denen ſo in folgender Ehe gezielt/eine kinder ſein/vnd alle Elterliche gütter gleich Erben/Plura requiſita *vid. in ſeq. cap.* 76. & apud *Rikium. in tr. de vn. prol.*

Similiter jus Ganerbinatus der GânErben/Burggrauen/vñ Burgleute/cuius origo inde; Cum ante factam & promulgatam pacem publicam, quàm, Landtfrieden / appellamus in Germania paſſim itinera minus eſſent tuta, & vt noſtri loquuntur, ἐν χειροδίκαις. Das Fauſt vnd Kolbenrecht im ſchwang gieng/latroneſque in arcibus apud ſui generis latrones, in den Raubſchlöſſeren/latitarent: generoſi quidam Nobiles arces munitas extruxerunt, in quibus cum familijs ſuis, & rebus pretioſioribus ab aliorum inuaſionibus violentis tuti eſſent. Vt autem coniunctio horum eò maior & conſtantior eſſet, & ſe, ſuos, ſuaque eò melius defendere poſſent, Confœderationes certis legibus contraxerunt, quas den Burgfrieden appellarunt, Qui ita confœderati fuerunt, dicuntur Ganerbij. GanErben/ quaſi Gemeine Erben / Communes heredes, Condomini. Vel à Gehen/ id eſt ire, ſeu proficiſci, vt ſint GanErben/quaſi GangErben/vel à Gehe/quod feſtinum vel feſtinantem ſignificat, quaſi Ganerbij ſint, ad quos hereditas à lineâ deſcendente, veluti citò & feſtinanter tranſit, auff welche das Erbe eilet/ vel à voce Gaan/id eſt, Exopto, precor, non inuideo: quaſi Ganerbij ſint, Welche jhren MitErben gönnen frieden vnd einigkeit. Huiuſmodi arces (vocantur Germanicè GanErbenhäuſer) ſunt, arx Rotenburgenſis, quæ non procul diſtat Noribergâ, arx Saltzburgenſis ad Salam in Franconia Orientali, arx Friburgenſis in Vvetterauia. Sunt & quædam Ciuitates Ganerbicæ: vt Creutzenachum, oppidum ſitum ad Rhenum, habet Condominos Electorem Palatinum & Marchionem Badenſem. *Vid. Conrad. Rittershuſ. in partit. Feud. in partit Feud.* Sed quia Ganerbij à priſca virtute degenerantes, alios non tantum opprimere, verum etiam Confratres alios opprimentes receptare cœperunt, audacia eorũ publicis Legibus Imperialibus fuit coercita. Im Königlichen Landtfrieden zu Wormbs. Anno 1495. auffgericht. tit. Die Peen der Friedbrecher ꝛc. Vid. Cluten. *In Syllog. rer. quotid. theſ. 26. lit.* 10.

Coro-

Digitized by Google

Coronidis loco, ſubijciuntur pacta dotalia æqualitatem donationis propter nuptias. *Auth. Aequalitas. C. De Pact. Conuent. tàm ſup. dot.* Auth. *dos data. C. De Donat. ant. nupt.* ex generali conſuetudine quoad conſtitutionem, & præſtationem ad inæqualitatem quandam redigentia. *Geil.lib. 2.obſeru.* 78. & 1. *obſeru.* 36. Quæ quoad ſucceſſionem in vim valent vltimarum voluntatum, & quinque teſtes requirunt, ſuntque reuocabilia, arg. *l. 4. ff. De Adim. vel transfer. legat.* Reſpectu dotis & ſimilium habent vim contractus, & ſine mutuo conſenſu ſunt irreuocabilia *l.14. l. 12. ff. De Pact. dotal. l.4. l.5. & 6. C. De Pact. conuent. VVeſenb. p.2. conſil. 63. num. 9.* De iure ciuili quidem, ſicuti per ea non adimitur hereditas, ita nec dari poteſt. *L. hereditas. 5. C. De Pact. Conuent. tàm ſup. dot. VVeſenb. p. 1. Conſil. 11. num. 1. & latius. p. 2. conſil. 71. num. 25. 26. Peck. de teſtam. coniug. lib. 1. cap* 8. Aliud tamen *conſtitutione Iuliacenſi* cautum. *in cap.* 94. Es ſollen die auffgerichte heyrahts verſchreibungen/ ſo entweder durch die Elteren / oder aber nach jhrem Tödtlichen abgangk/ durch die nägſte Blutuerwandten vnd freunde der künfftigen Eheleuth/ mit jhrem vorwiſſen vnd willen abgeredt / beſchloſſen vnd angenohmen ſein / in allen jhren Puncten vnd Articulen/ auch mit den widerfällen / wie dieſelbige darinn außtrücklich verſehen/ gehalten werden/ ſie wurden dann durch beide Eheleuth ſemenclich (da ſie es zuthun macht haben) auffgehebt vnd verendert.

IMPERTINENS I.

Quid monetâ, quæ mutuo data eſt, iam repudiatâ, & valore vncialis ſeu thaleri ad minus pretium mutato, iuris ſit quoad ſolutionem? An creditor reprobatos illos nummos teneatur recipere?

NEG. 1. Quia mutuum debet reddi in eodem genere æquè bonum. *l. 3. ff. De Reb. cred. l. 6. in fin. ff. Eod.* Sed nummus detracta æſtimatione deſinit eſſe nummus. *Donell. ad l. 3. num. 9. ff. De Reb. Cred. arg. l. 1. in fin. ff. De Contrah. Empt.* Imò ſolutio ita fieri debet, vt Creditori nihil quicquã abſit. *l. 61. ff. De Solut. Theoph.* Gleich Recht. *in Conſult. iurid. de controu. fol.* 35. maximè qui non certat hic de lucro captando, ſed hoc ſolummodo,

ſolummodo agit, vt ſit indemnis, cum non facto Creditoris, ſed authoritate Magiſtratus, hæc reprobatio, quæ caſui fortituito annumerari ſolet *l.102.ff. De Solut. Hiller. in inform. iur.* Muß dennoch forderſt der Buchſtab auffgerichter Verbrieffung in acht genommen werden/ Cum quæſtiones monetales magis facti ſint quam iuris *Andr. Knich. in tr. de Saxon. iur. non. prouoc.* Was der Mann gelobt/das ſoll er gelten/*Ius. Saxonic. art.* 40 Gelübdt/vnd Willkühr/bricht Landt Recht/*Geil. de Arreſt. fol.* 245 *in fin. num.* 22. Ponderandæ etiam ſunt circumſtantiæ ius variantes. *l.6.§.fin. C. De his qui ad Eccleſ. confug.* Dann den jenigen/ ſo etwann ſolch hingeliehen gelt/für gut altes empfangen/ vnd nolentes volentes annehmen müſſen/oder aber in Erbſchafften/oder durch Heyraht/ oder andere zuläßig vnd rechtmeßige media bekommen / vnd acquirirt, ſuccurriren dieſe nachgeſetzte Regulæ iuris 1. Grauatus in vno, in altero debet releuari *l.6. in pr. ff. De Iur. dot.* 2. Nemo duplici onere premi *l. 34. §. 5. ff. De Legat.* 2.3. Nec Afflictio addi afflicto *l.27. C. de Epiſc. aud.*

IMPERTINENS II.

AN Creditor, qui Anno 1622. & 1623. debitori ſuo nummos mutuo dedit in bonitate intrinſeca deprauatos, an Schrot vnd Korn verringert/ & valore extrinſeco auctos, ſo hochgeſteigert/poſſit ſub prætextu lucri ceſſantis, & damni emergentis, ſolutionem in bona nunc vſuali monetâ vrgere? Neg. arg. *l. 6. in pr. ff. De offic. Præſid. l. 5. in pr. ff. De Calumn.* quia hoc maneſeſtam vſurariam prauitatem incurreret. *c. vn. De Plus petit.* l. fin. §. 5. *C. De Iur. delib.*

(?¿?)

FINIS.

DISPVTATIO IVRIDICA. II. DE TRANSACTIONIBVS.

RESPONDENTE CHRISTIANO Calmberg/ LIPSIENSE.

Προαύλιον.

MATERIA Tranſactionis eſt vtilis; quatenus iudex debet prius concordare partes, quàm pati, vt ad iudicium veniant. *Gloß. in c. fin. Ex parte. verb. ad componendum. X. De Tranſact. C. ſtudendum. 7. Diſt. 90. c. ſi quis membrorum. 31. cauſ. 23. quæſt. fin. & c. ſi. illic. 29. cauſ. 23. quæſt. 4. c. querelam. 15. X. De Simonia. l. 13. in pr. C. De iudic. vel arma. l. 13. §. 4. ff. De vſufruct.* Pia: Quia diuina clementia dimiſſa peccata in vltionem vlterius redire non patitur. *c. diuina. 24. De Pœnitent. Diſt. 4.* Sed inimici diligendi. *Matth. 5. verſ. 44.* ſeorſim corripiendi. *Matth. 18. v. 15.* Tempuſque redimendum *Ad Coloſ. 4. v. 5.* quia dies mali ſunt. *Ad Epheſ. 5. v. 16.* Etiam verecunda cogitatio illius, qui lites execratur non eſt vituperanda. *l. 4. §. 1. in fin. ff. De Alien. iudic. mutand. cauſ.* Qualis erat *Rudolphus I. comes Habſpurgenſis*, quem in conuiuio dixiſſe ad *Abbatem S. Galli* accepimus: Quicunque tres lites habet, duas ſi poterit cõponat: hoc eſt meum conſilium: contrarium vitio datur Athenienſibus apud *Suidam*, quando dicitur Cicadas quidem vnum duntaxat atque alterum menſem in ficubus cantillare; Athenienſes autem per omnem ætatem in iudicijs: Pauci enim omnino præditi ſunt ea æquitate animi & prudentia, vt poſſint, cauſam à perſona diſcernere, quod tamen Germanorum dicterio præcipitur, vt ſimus. Der Perſchonen Freundt/der ſachen Feindt; Sed pleriſque hoc vſuuenit, quòd

Digitized by Google

alio prouerbio indicatur: Das Recht ſcheidet woll / aber freundt nicht; Ideoque, licet Pax ſit bonum perſuaſibile, non compulſibile. *Nouell.* 124.cap.4. tamen quia naturalis hominum ad diſſentiendum facilitas. *l.17.§.6.ff.De Recept.arbitr.l.26 ff.De Seruit.vrb.præd.l.77.§.20. ff. De legat.2.* ad Officium Prætoris pertinet diminuere lites & id agere, vt controuerſias dirimat *l.21.ff. De Reb.credit. l. 2. in pr. ff. De Aq.pluu. arcend.l.20.C.De Agricol.l.2.§.vlt.C. De iurei.propt.calumn.* nec permittere, vt in foro vetus illud experiamur δίκη δίκην ἔτικτε καὶ βλάβη βλάβην; *VVeſenb. in paratit: De Iudic. num.13.* hoc eſt lis altera conſurgat ex litis primæ materia. *l.3.C.De fructib. & lit. expenſ. l.11.C. De Reb. cred.* Ne modus litium multiplicatus ſummam atque inexplicabilem difficultatem faciat. *l.6.ff. De Except.rei iudic.* Quod videre eſt in Iudicio Cameræ Imperialis auguſtiſſimo & incorruptiſſimo, vbi propter multitudinem negotiorum proceſſus ferè ſunt immortales, qui non modò hominum plerumque, ſed & viuaces Cornicularum & ceruorum ætates ſuperant. *Pruckman. conſil.15.n.120.& conſil.16.num.* 47. *Mindan.2.De.Mand.Iudic.c.13.ſect.*15. vt non infrequenter audiatur iocus eiuſmodi ſerius: [Spirę lites ſpirant, nunquam exſpirant; litigantes diu ſperant nunquam adſpirant,] & in Rota Romana lites rotantur *Vent.de Valent.c.1.n.22. De litigioſ.noſtri Seculi malitia.* Multò minus tolerare debemus illos non Iuriſperitos, ſed Iuriſperditos; Iurgiſtas verius quàm Iuriſtas, qui callent dialectum doricam. Die ſich rühmen/ das keine verſchreibung ſo ſtarck / dadurch ſie nicht ein loch machen können / welcher vnbeſonnenen Rede wegen / ſie billich in das engſte Loch/ ſo vorhanden/damit ſie kein anders machen möchten/geſteckt würden. *Auct. Diſcurſ.* Von Juſtitien werck. *pag.*841. Sua tamen non caret difficultate hoc mare Anglicanũ. *Sichard.in rubr.C.hic in pr.ex Bart.ad l.1.C.Eod.* Nec mirum, Δύσκολα γὰρ τὰ καλά; &, Dulcior eſt fructus poſt multa pericula ductus. *Gloſſ.in l.non moriturũ.8.C.De Contrah.ſtip.* Vnde Adag. Wer das Fewr lieb hat/ der muß den Rauch leiden. Leuium metallorũ fructus in ſummo eſt: illa opulentiſſima ſunt, quorum in alto latet vena, aſſiduè plenius reſponſura fodienti, *Senec.Epiſt.*23.

Digitized by Google

Concluſio I. Juridica.

TRANSACTIONIS nomen πολύσημον: Generatim dicitur tranſigere, quoquomodo ad finem perducere vulgò, Abſchmen / Ablehnen. *arg.* L. 1. §. 10. *ff. Quar. rer. act. non detur.* *l.* 2. *in pr. ff. Si quis cautionibus.* Pro pacto. *l.* 36. *in fin. ff.* De *Pact.* 2. Pro iureiurando. *l.* 2. *ff.* De *iurei.* Obijcit Dn. *Bachou. ad Treutl. hic.* Hoc tantum probari ex *d. l.* 2. *ff.* De *ireiur.* Iuramentum eſſe ſimile tranſactioni, & eiuſdem effectus, idque propter verbum [Speciem] fortaſſe. *arg. l.* 76. *in ff.* De *Iudic.* Reſp. Amplius ſignificat ſpecies, quàm ſimilitudinem, vt in *l.* 80 *ff.* De *Reg. iur. l.* 178. §. 2. *ff.* De *verb. ſignif.* Quando igitur in *praced. l.* 1. *ff.* De *iurei.* dixerat deciſionem, id eſt, tranſactionem. arg. *l.* 1. §. *fin. ff. Ad Sctm Tertyll.* fieri. 1. Pactione. 2. Sententia. ſubiungit (3. ex *l.* 2. *ff. Eod.* Iuſiurandum. (3. Pro Sententia. *l.* 1. § 1. *ff Teſtam. quemad. aper.* argumento ducto à contrario Senſu fortiſſimo. *l.* 1. §. 1. *ff.* De *Offic. ei cui mand. eſt iuriſd.* & duplici tranſactione iudiciali. & extraiudiciali Conſtituta: Obijcit. Dn. *Bachou.* Inde colligitur, quem poſſe iudicare ſine Iudice. contr. *l.* 7. *C. vnd. vi. l.* 176. *in pr. ff.* De *Reg. iur.* Reſp. Negatur illatio, quia hoc tantum ſequitur poſſe aliquando tranſigi ſine iudice, & tunc non eſt ſententia 2. Hoc non eſt abſurdum. *arg. t. t. C. Quand. lic. ſe ſine iud. vind.* vti fit in iureiurando. *l.* 1. *in pr ff Quar. rer. act. non detur.* Generalis tamen hæc ſignificatio non probatur *ex l.* 229. *vbi Alciat. ff.* De *V. S.* quia ibi Finitio litis genus eſt, continens ſub ſe tranſactionem, vſucapionem, & ſententiã. *arg l.* 1. *ff.* De *Tranſact. l.* 1 §. 3 *ff.* De *Pact.*

2. Tranſactio ſpecialiter accepta, *vt in l.* 3. *C.* De *repud. hered.* quæ dicitur quaſi Tranſitus ab actione, vulgò Accordum & Concordum barbaris, Græcis Διάλυσις, Germ. Abtſchädigung oder vertrag. *Iohan. de Amicis. conſil.* 31. *num.* 8. ita definitur. Quod ſit de re dubia terminanda, pactio non gratuita. *l.* 1. §. 3. *ff.* De *Pact.* Dico de re dubia. arg. *l.* 1. *ff. h. t. l.* 7. *l.* 17. *l.* 19. *C. Eod.* 1. Obſt. Poteſt tranſigi etiam priuſquam lis vlla ſit. *l.* 2. *C. h. t.* Reſp. Nihil intereſt an lis aliqua iam ſubſit, an metus litis, quia vtilior eſt tranſactio, quæ liti futuræ viam præcludit. *arg. l. fin. C. In quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* 2. Obſt. *l.* 7. *ff.* De *Tranſ.* vbi

tranſactio poſt rem iudicatam valet, qua tamen omnis lis finitur. *tt.ff.De Re iudic.& tt.ff.De Except.Rei iud.l.25.ff.De ſtat.hom. l.* 207. *ff. De Reg.iur.l.16.§.16 ff.De Pignorib.& hypoth.*Reſp.Si incertũ ſit,an iudicatum ſit,aut an ſententia valeat,tranſactio valebit.*l.23.§.1.ff. De condict.indeb.* idem ſi per appellationem ſuſpenſa. *l.6.§.1.ff.De his qui not. infam.l.1. §.14.ff. Ad Sctm Turpil.* 3. Obſt. De Alimentis præteritis poteſt fieri tranſactio, *l.8.C.h.t.*quæ tamen non ſunt dubia. *arg.§.6. Inſt.De V.O.l.12.§.2.ff.De Captiv.& poſtlim.reuerſ.* Reſp.1. Ibi vocabulum tranſactionis impropriè ſumitur.2. Vbi eſt prius dubium quantũ, licet non ſit dubium, Quin debeatur.3. Notanda particula [quaſi] *in d.l.1.ff.h.t.*(4.Obſt.*l.6.ff.h.t.* vbi fieri dicitur tranſactio ſuper controuerſijs teſtamentarijs inſpectis tabulis, & tunc fit res certa arg. *§.9.Inſt.De grad.cognat.l.8.ff Fin.reg.* vnde Horat.in art.

Segnius irritant animos demiſſa per aures
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Reſp. Adhuc poteſt eſſe dubia, quia cum dixerit [denarios] non poteſt intelligi de quibus(5.Obſt. Quid ergo erit certum poſt rem iudicatam, ſi ſufficit negare. *Nouell.44.c.1.§.3.*Reſp. Negatio quidem facit rem dubiam incertitudine facti.*l.vlt.C. Quib.ad lib.proclam. non lic.*ſed ita demum niſi ſit euidenter calumnioſa,qualis eſt ſi de veritate eius appareat per ſententiam.*l.207.ff.De Reg.iur.*

3. Genus Tranſactionis ſtatuo pactum, quia aliquando in nudis perſtat placiti finibus.*l.2.ff.h.t.l.1.§.3.ff.De Pact.*quæ etiam ratio continuationis in Digeſtis eſt *Cuiac.lib.10 obſ.30.*1.Obſt. Trãſactionis proprium eſt decidere lites.*l.10.l.16.C.h.t.* quod non poteſt fieri per pactum.*l.27.§.2.De Pact.*Reſp. Hoc pactum parit exceptionem, perinde ſubmouentẽ actionẽ,ac ſi ipſo iure ſublata eſſet. *arg.l.112.ff.De Reg.iur.*2.Reſp.*Sichard.ad l.4.C.h.t.num.*4. Tranſactio non tollit primæuam actionem,ſed ſi non fuerit ſeruata ea, tunc actori licet hanc reſtaurare,tanquam nulla tranſactione interpoſita.*l.2.C h.t.*(2.Obſt. Genus ſemper ineſt ſpeciei:ſed fallit hoc in tranſactione,quia aliquando non eſt nudum pactum ſed contractus, *Treutl. vol.1. diſp.7. theſ.1. Lit.G.Ita eidem. Obijcit Bachov.ibidem.*Reſp.Contractui ſemper pactum ineſt materialiter & γενικῶς,non εἰδικῶς ideſt ſpecificè, re ſecuta tranſactio ex generali nomine tranſit in ſpeciale.*l.7.§.2.ff De Pact.*

2. Obſt.

2. Obſt. oppoſitæ ſpecies ſic prædicarentur de vno; quia tranſactio aliquando in nudis placiti finibus ſubſiſteret, aliquando in Contractum innominatum tranſiret Reſp. Non eſt hoc abſurdum, vt pactũ nudum deſinat eſſe nudum, & fiat veſtitum accedente συναλλάγματι vt in omnibus contractibus exemplatur. *l. 7. §. 1. & §. 2. ff. De Pact.* Cur igitur non in tranſactione? (3. Obijcit. *Bachou.* ſic ex accidenti reinatura mutaretur, quod abſurdum; Reſp. Non magis, quàm quando ex iure gentium per additamentum efficitur ius ciuile. *l. 6. ff. de Iuſt. & Iur.* ſi modo accidentia neceſſaria & inſeparabilia ſint *arg. l. 7. §. 5. ff. De Pact. l. 1. §. 6. ff. Depoſiti.* (4. Obſt. Cauſa non poteſt eſſe genus ſui effectus, Tranſactio autem fit pacto. *l. 2 ff. h. t.* Reſp. Negand. Anteced per. *§. 4. Inſt. De Iur. Nat. Gent. & Ciu. & ſeqq. §§. §. 2. Inſt. De Iur. perſ. §. 1. Inſt. De Tutel.* Sic Emphyteuſis definitur contractus. *§. 3. verſ. ſed talis. Inſt. De locat. & Conduct.* Et tamen contractus eſt eius cauſa.

Reſecuta ſeu data igitur tranſactio contractus incipit, & quidem innominatus, vel, Do vt des, vel, do vt facias, vel facio vt des, vel, facio vt facias, nomen enim hoc generale eſt, vt *Conclusione 1. dictum*, perinde vti in permutatione. Obſt. 1. Sed Emptio & venditio eſt contractus nominatus *l. 7. §. 1. ff. De Pact.* Et tamen generaliter omnem alienationem ſignificat. *l. 29. §. 1. circ. fin. ff. De ſtatulib. Loriot. axiom.* 78. R. Nomen certum habuit olim Emptio & venditio, quia certam ſui natura formam & legem habuit, quæ vno nomine potuit exprimi: Licet igitur *à lege 12. tab.* ille contractus ad quaſvis alienationes adhibitus fuerit. *§ 6. Inſt. Quibus mod. ius patr. poteſt ſolu. §. 1. Inſt. De Teſtam. ordin. l. 66. ff. De iur. dot.* Ea tamen Emptio imaginaria eſt, vt truncus ſine anima. arg. *l. 1. § 6. ff. De Quæſt l. 16 ff. De Reg. iur.* 2. Obſt. ſingulis rebus ſingula data ſunt nomina, vt omnium rerum proprietas diſtinctè intelligatur. *l. 4 in fi. pr. ff. de leg. 1. l. 7. in fin. De ſupell. leg. §. 3. verſ. ſed nos. Inſt. De Donat. §. 5. Inſt. Quibus mod. teſtam. infirm.* Ne ſit confuſio. *l. 7. C. De Codicill.* Reſp. Plura ſunt Negotia, quã vocabula. *l 4 ff. De Præſcript. verb.* Obſt. 3. Tranſactio eſt diſtractus. *l. 1. & 2. ff. De iureI.* Quia negotium finit. *l. 229 ff. De V. S. Loriot. De Pact. & tranſact. axiom.* 80. Reſp. Aut conſideramus Tranſactionem reſpectu ſui ipſius, & dicitur contractus, quod in eo hinc inde contrahitur noua obligatio: aut conſideramus reſpectu contractus & obligationis ſuper qua tranſigitur, &

 dicitur

dicitur diſtractus; nec inconuenit, quod vnus & idem actus vna conſideratione ſit diſtractus, & alia ſit contractus. *§. 3. Inſt. Quib. mod. toll. oblig at. §. 6 Inſt. De oblig. qua quaſ. ex contr. naſc. §. 1. Inſt. Quibus. mod. re contrah. oblig. Ioh. Baptiſta. Caccialup. de Tranſact. q. 4.*

Tranſactio fit duobus modis, vel nudo Pacto, quo obligatio eliditur potius & ſuſpenditur; quàm extinguitur. *l. 7. §. 4. ff. de Pact.* vel per Aquilianam ſtipulationem. *l. 32. C. h. t.* quæ omninò omnes præcedentes obligationes nouat & perimit, ipſaque perimitur per acceptilationem. *l. 4. l. 6. l. 15. l. 40. C. Eod.* 1. Obſt. Acceptilatio eſt iuris gentium *l. 8. in fin. ff. de Acceptil.* Ergo Aquilianam ſtipulationem non perimit, quæ eſt iuris ciuilis. *arg. § 11. Inſt. de Iur. Nat. Gent. & Ciuil. §. 3. Inſt. de legit. Agnat. tutel.* Reſp. Ita dicitur quidem non origine ſuâ, ſed vſu hominum; nimirum, quià tam frequenter inter homines vſurpatur, ac ſi eſſet iuris gentium, tum quia obligationes iuris gentium perimit. *§. 2 Inſt. Quib. mod. toll. oblig.* tum quia ius ciuile ſua amplitudine propemodum ius gentium abſorpſit. *arg. l. 17. de ſtat. hom. l. 33 ff. Ad Municip.* Ideo Turcas ſua lingua Codicem Iuſtiniani habere, eoque in iudicijs vti, oculatus teſtis. *Ioannes. Leunclaius. in præfat. antiquor. paratitl.* 2. Obſt. Acceptilatio fit per ſtipulationem, ſtipulatio. a. fit verbis: Nihil autem eſt tam naturale, quam vnumquodque per ſimile ſuum corrumpi, non aliter. *l 35. ff. de R. I.* Reſp. Per ſe quidem obligationes natæ ex alijs contractibus acceptilatione non tolluntur, ſed ex conſequenti, & tunc demum ſi obligatio ex alio aliquo contractu nata, per nouationem, quæ fit ſtipulatione *§ 2 Inſt. Quib. mod. toll. oblig.* transfuſa ſit in obligationem verborum, vti igitur contractus vltro citroque obligatio συνάλλαγμα *l. 19. ff. de V. S.* Ita Acceptilatio vltro citroque liberatio & διάλλαγμα dicitur; Quæ vero acceptilatio non fit per Aquilianam ſtipulationem, ſolam verborum obligationem tollit. 3. Obſt. Si ſtipulatio, quæ eſt creatura iuris ciuilis. *§. 9. Inſt. de Actionib.* poteſt nouare omnes contractus etiam iuris gentium, Quare non poſſit tollere abſque acceptilatione, cum quicquid ſit cauſa cauſæ, etiam cauſa cauſati. Reſp. ſtipulatio fuit inuenta principaliter ad inducẽdas obligationes, & non tendit totaliter ad perimendum, prout facit acceptilatio. *§. 1. Inſt. Quib. mod. oblig. toll.* Quia ſtipulatio licet nouet contractum præcedentem, tamen inducit aliam de nouo obligationem: Sed acceptilatio

funditus

Digitized by Google

ſunditus extinguit primam,& nullam aliam introducit, niſi diſtra-ctionis factæ confirmatoriam. *Treutl.vol.1.diſp.7 theſ.1.Lit.E.Inſt.* Mirabile eſt,quod acceptilatio,quæ tendit ad liberandum,non debeat eſſe maioris potentiæ,quàm ſtipulatio, quæ tendit ad obligandum: Et ideò ſi ſtipulatio poteſt tollere omnes contractus,cum ſit etiam de iureciuili,certè videtur,quod acceptilatio etiam illud poſſit, & fortius; quia *l.8.in fin.ff.De Acceptil.* dicitur quod Acceptilatio vſu iuris gentium ſit. Reſp. *Curt.Sen.ad l.4.C.De Tranſact.num.15* quod vrgens ratio diuerſitatis reddi non poſſit.arg. *l.20 ff. De LL.* Tu Reſponde ſtipulatio nō radicitùs tollit obligationes iuris gentium, ſed in nouam tranſfundit,quod facilius eſt,quàm,vt per Acceptilationem tollantur. 4. Obſt. Quod per ſtipulationem Aquilianam debitum fiat liquidum,& ſic deſtruit potius viam Tranſactionis, quam aperit; Cum ea cadat non niſi ſuper incerto. *l.1.ff.h.t.l.12.C.Eod.* Reſp. Qui promittit per Aquilianam, illud quod prius erat incertum, promittendo tanquam certum videtur liquidare nouando; quia tamen iſtud non fit ad liquidandum,& ad finem incertitudinis tollendæ, ſed ad præparandam viam tranſactionis,vt ſit ſublatum per Acceptilationem,non videtur illud curandum *arg.l.55.ff.De Solut.* Imò hoc liquidum ideò non curatur,quia fit ad aliud *l 19 in pr.ff.De Reb.credit.*

Tranſactio ſine ſcriptura celebrari poteſt, quatenus fit ſolò partium conſenſu. *l.28.in pr.C.hic.Nouell 73 cap.9.* niſi quatenus conuentum,vt in ſcriptis fiat. *l.17.C.De Fid.inſtrum.l.15.C.De contrah.Empt.pr.Inſt. De Empt.& vendit.* Tunc debet Tabellio Tranſactionem primum in ſchedulam conijcere(Ins Protocoll zeichnen) 2. Eam in mundum redigere,id eſt,in pura charta deſcribere: Tandem ſubſcribere & contrahentibus recitare atque edere,aut ſi non ſubſcribat Tabellio, ſubſcribent ipſi tranſigentes. *l.17.C.De Fid.inſtrum.Ritterhuſ.ad pr. Inſt. De Empt.& vendit.* Nec tantum interdiu,ſed etiam noctu fieri poteſt. *l.20. C.h.t.* vt & teſtamentum ſignari *l.22. in fin.ff. Qui teſtam.fac.poſſ* Sanè Areopagitæ nunquam interdiu iudicabant, ſed in tenebris noctu; vt procul ab omni affectu rem cognoſcerent,atque tantum quæ dicerentur,non perſonas dicentium ſpectarent. *Lucian. in factis.* Aliud tamen in delictis quæ nox aggrauat. *l.4.C.Ad l.Iul.De Adult.coerc.l.9.ff. Ad l. Cornel.de Sic.Sich.in l.20.C.h.t.nu.4.* 1. Obſt. *l.2.§ 31.ff.De orig.iur.l.11.*

Digitized by Google

§. 8, *ff. Quand. appell* *Nouell. 82. cap. 3.* vbi dicitur quòd noctu lata ſententia non valeat. *c. Conſuluit.* 10 *de offic. deleg.* Sic enim Canit *Ouid.*

Nocte latent menda, vitioq; ignoſcitur omni,
Horaq; formoſam quamlibet illa facit.

Vid. *Iob.* 24. *v.* 15. *&* 16 Reſp. Aliud in Tranſactione & omnibus actibus voluntarijs: Aliud in Iudicijs & actibus contentioſæ iuriſdictionis, qui melius de die expediuntur. 1. quia Magiſtratus, qui terrori malis ſunt. *Rom.* 13. *v.* 3 *&* 4. Cauere ſibi debent ne à malis per opportunitatem noctis opprimantur. *d. l.* 2. *§.* 31. *ff. de orig iur.* (2. Maieſtas illius *l pen. ff. de Iuſt. & iur.* apertam diei lucem poſtulat. *l.* 1. *§.* 5. *verſ. cæcum ff. de Poſtul.* Fallit niſi pietatis ratio, aut emergẽdi alia neceſſitas Cõtrariũ ſuadeat. *l.* 3. *ff. de offic præf. vigil. l.* 8 *ff. de fer.* 2. Tacẽtibus & nõ contradicentibus partibus. *l.* 63 *ff. De Re iudic.* quæ dicere poſſunt tẽpus eſt quieſcendi, iuxta illud [Heu mihi! quid vis? permitte quieſcam.] 3. ſi aliud eſſet de conſuetudine, vt apud Areopagitas arg. *l.* 32. *ff. de ll.* Occaſione huius proſilit quæſtio: An Commiſſarij ſuper tranſactione coram ſe facta, iuratò deponere cogantur, an verò ſi ſaltem affirment, non accedente iuramento, plenam fidem mereantur, præſertim ſi ſint Dd. & in dignitatibus publicis conſtituti? Prius. Negatur. Poſterius. Affirm. quia iuramento, quatenus eſt ſpecies λατρείας, debemus vti, ceu Condimento arg. *Deut.* 5. *v.* 11. quia nemo præſumitur alias immemor ſalutis æternæ. *l.* 6. *in fin. C. Ad. l. Iul. Repetund.* & Doctori atteſtanti præſumptiuè Credendum. *Corat. in tract. de commun. opin. tit.* 7. *arg. l.* 12. *ff. De ſtat. homin.* Quando autem Commiſſariorum vnus, aut planè non de tranſactione, aut contra eam teſtatur, reliqui verò plures pro eà teſtimonium dicant, ſuane illi conſtat perfectitudo? Aientibus adſtipulor. *arg. §.* 1. *verſ. quod ſi Inſt. De ſatiſd. tutor. l.* 19. *ff. Ad. Municip. Deut.* 17. *c. verſ.* 6. *Num.* 35. *verſ.* 30. *Matth.* 18. *v.* 16. *c.* 10. *X. Te Teſtam. c.* 23. *X. De Teſtib. & Atteſt.*

Corpore æger quoque tranſigere poteſt. arg. *l.* 3. *C. Qui teſtam. fac. pot. l* 2. *l.* 17. *ff. Eod. arg. l.* 2. *§.* 7. *verſ. Corporis debilitas. ff. De vacat. mun.* Obſt Corporis infirmitas regulariter trahit ſecum infirmitatẽ animi Mens enim ſana eſt in Corpore ſano. arg. *l.* 4. *§.* 7. *ff. De Ædilit. Edict.* R.

Ideò

Digitized by Google

Ideò vſurpant in Praxi Notarij hanc Clauſulam [Sanus mente, quamuis Corpore æger] Cui Notario hoc aſſerenti, & ſic de officio ſuo deponenti fides adhibenda. *c. ad audientiam.* X *De Praſcript.*

Mutum & ſurdum quoque non excludimus, arg. *l.* 43. *in pr. ff. De Procur.* Obſt. Muto & ſurdo Curator dari ſolet. *l.* 20. *ff. de Reb. author. iud. poſſ.* quo non indget is, qui rebus ſuis ſupereſſe poteſt. *l.* 1. §. 2 *ff. De Procur.* Ergo non poteſt tranſigere. Reſp. Poſſunt tranſigere per eum modum, qui procedere poteſt, id eſt, mutus per ſcripturam, ſi literas, ſurdus verò etiam voce, dummodo ſciat loqui, & quid loquatur intelligere; omnia enim negotia poſſunt expedire, vbi ſermone opus non eſt. *l.* 48. *ff. de oblig. & Act.*

Nec minorem, *arg. l.* 101. *ff. de. V. O. Vultei.* 1 *diſcept.* 16. Si tamen læſus ſit hac tranſactione in integrum reſtituitur. *tt.* C. *Si aduerſus Tranſact.* 1. obſt. Tranſactio fit ſemper dato & retento. *l.* 14. C. *h. t.* Erg. non poteſt minor lædi, nec petere reſtitutionem. Reſp. Qui tranſigit alienat rem *l.* 60. *ff. de Procur.* licet recipiat pretium, quia res alienata non tam functionem in ſuo genere recipit, veluti pecunia. *l.* 2. §. 1. *ff. De Reb. Cred. l.* 3. *ff. De in lit. iur.* 2. Obſt. *l.* 18. §. *De Minor.* vbi dicitur, quod Princeps non velit minorem reſtituere aduerſus ſententiam ſuam. Ergo nec aduerſus tranſactionē. Reſp. Eſt Exceptio. 1. Ne videatur Princeps aliquid inique decreuiſſe, contr. *l. pen. ff De Iuſt. & Iur.* 2. Ne paſſus dicatur minorem in auditorio circumueniri, qui omnium iudiciorum ſolemnitatem ſuperare videtur. *l.* 19. *in pr.* C. *de Teſtam.* 3. Obſt. Actio per Aquilianam ſtipulationem extincta §. 1. & 2 *Inſt. Quib. mod. oblig. toll.* Ergò fruſtrà aduerſus illam datur reſtitutio. arg. *l.* 98 §. 8. *ff. De Solut.* Reſp. Reſuſcitatur per Imperatorē, & tranſigenti reſtituitur tanquam Mariæ & Marthæ Lazarus. *Ioh.* 11. *v.* 43. Azo *in ſumm.* C. *Si Aduerſ. Tranſ.* Sic per Paulianam actionem obligatio extincta reſtauratur. §. 6. *Inſt. De. Action.*

Modò intra legitima tempora Minor læſionem probet. *l.* 9. §. 4. *ff. De iurei.* 1. Obſt. Fauor ætatis inducit beneficium reſtitutionis. *l.* 1. *ff. De in integr. reſtit. l.* 1. *ff. De Minorib.* Reſp. Non ſolus fauor ætatis, ſed etiam læſio, Cauſæ igitur Cognitio adhibenda, ne alioqui præiudicio magno afficerentur minores nemine cum ijs contrahere volente, propter metum reſtitutionis. *l.* 7. §. 8. *De Minorib.* 2. Obſt. imò mi-

 nor

non reſtituitur in integrũ,niſi aduerſarius probauerit eum locupletatum, *l.1.C. Si aduerſu creditorem.* Reſp. *Gloß.* hoc receptum eſt odio Creditorum, ſicut & in Eccleſia. *Auth. Hoc ius porrectum. C. De SS. Eccleſ. in fin.* 3. Obſt. *l.16.C.De Præd. & al.reb.minor.* vbi aduerſarius probat minorem locupletatum. Reſp. 1.Ibi ſponte,non coactus probat. 2.ſpeciale eſt in mutuo.arg.*l.24.§.4.l.27.§.1.ff.de Minorib.* quando minor dicit ſe dilapidaſſe pecuniam;propter odium Creditoris.

Prædicta vſque adeò obtinent de iure Ciuili, vt iurata tranſactio ob læſionem reſcindi poſſit. Et olim lis fuit inter Bulgarum & Martinum de intellectu *l.1.& Auth. Sacramenta. C. ſi aduerſis vendit.* Ille tantum eam intellexit de contractibus validis; Hic etiam de inualidis. Rationes Bulgari de iure Ciuili tales ſunt. 1. Quod minori iuranti beneficium iuris ſpecialis ſolummodò atque ætatis (puta reſtitutionis, (non autem iuris communis (nullitatis videlicet contractus. *l.16.in pr.ff. de Minorib.*) ademptum eſſet:non igitur ſuppletur iuramento minoris,Decreti & Curatoris authoritas. 2. Sectatores Bulgari dicunt fabulam eſſe,quod Martinus cum illo, coram Imperatore Friderico,hac de re diſputarit, & Martini ſententia ab Imperatore per publicationem huius Nouellæ approbata ſit. *Cyn.in d.Auth. nu.*4. vbi ait hanc Conſtitutionem,multos ad infernum miſiſſe,& plures ad inopiam deduxiſſe; Cum autem Martini intellectus ad hunc textum per conſuetudinem à toto mundo approbatus ſit, ſe aliud facere non poſſe, quàm vt clàmet aduerſus tales iniquitates (3. *Albericus de Roſate.* ait,ſe ex Conſiliario quodam Henrici ſeptimi (rectius fortaſsè Sexti,tot Henrici enim non fuerunt)audiuiſſe, quod Imp. ille propter frequentes querimonias hanc Nouellam denuò ſuſtuliſſet, niſi morte fuiſſet præuentus 4. Quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*c.inter cætera.22.quæſt.2.c.28.X.de Iureiur.* & repellere à iure Communi:Sic iurat quis ſe non cõtrauenturum tranſactioni,Et tamen prætextu falſorum inſtrumentorum Contraueniet.*l.42. C.de Tranſact.*Et iurans ſe pecuniam redditurum,poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ:*l.vlt.C.De non num.pecun.* Adde.*l. fin.ff.Qui ſatisd.cog.l.fin.in pr.ff. Ad municip. Azon. in Summ.* C. *ſi aduerſ. Vendit.* Rationes Martini ſunt. 1. Iuramentum habet vim defectuum ſolennitatis arcẽdi,& faciendi minorem maiorem,ſaltem fictè(2. Ha-

Digitized by Google

bet in in ſe Clauſulam Codicillarem, ſc. vt actus valeat omni meliori modo quo valere poteſt. arg. *l.29 §.1.ff. Qui teſtam. fac. poſſ. vbi* Dd. 3. Introductum, ne aperiatur via periurijs, vnde licet hæc Authentica dicatur odioſa, quia multorum minorum patrimonia abſorbet; fauorabilis tamen eſt, quia fauet animæ: Iuramenta enim, cum Deo fiant, ſunt ſeruanda. *l.2.C. de Reb. cred.* Summatim omnes tranſigere poſſunt, qui paciſci. *Treutl. vol.1. diſp.7. theſ.2. lit. B.* hoc eſt, conſentire. arg. *l. 18. C. h. t. l.10. C. Ad l. Iul. de Adult. coerc. l.13. l.20. C. h. t.* Plus eſt ſiquidem paciſci de re liquida, eamque pacto remittere, quàm de re illiquida. *VVeſenb. in parat. hir. num.4. Idque contr. Bachou.* Etiam alieno nomine, vti Procuratores, modò habeant ſpeciale mandatum. *c. qui ad agendum.* De. *Procur. in 6. l.17. §.3. l.18. l.34. §.1. ff. De Iurei. l.60. ff.* De *Procur.* quod etiã requiritur 1. in delictis. *l.6. §.2. ff. de Condict. indeb.* 2. in acceptilatione *l.3. ff. De Acceptil.* 3. in Integrum reſtitutione. *c. coram De Reſtit. in integr. in 6.* ſc. ſi principaliter, ſecus ſi incidenter. c. *ſciſcitata Eod. tit.* 4. in cauſa ſuſpecti tutoris. *l.39. § fin. ff. de Procur.* 5. Vbi duo ſunt procuratores omnium rerum alicuius. *l.47. ff. Eod.* (6. In interdicto de liberis hominibus exhibendis. *l 40. in pr. ff. Eod.* (7. In reſcriptorum impetratione. *c. nonnulli. X.* De *Reſcript.* (8. In Matrimonio. *c. ex literis. Qui matr. acquir. poſſ. Coſt. il. ad. l.58. ff.* De *Procur. Gloſſ. ad c.4. & 5. De Procur. in 6.* Idq; in tranſactione deminuendi cauſa. *Cuiac. in Inſt. De Rer. diuiſ. l.63. ff. de Proc.* Decidendi cauſa tranſigit etiam omnium bonorum procurator & ſi mandatum cum libera non habeat *l.17. §.16 ff. De Iniur.* Pater circa bona filij Emancipati ſine eius conſenſu tranſigere nequit, quia prædijs Caſtrenſibus vſumfructum imponere nequit. *l.18. §.3. ff. De Caſtr. pecul.* Obſt. Pater filium emancipando pater non deſinit, *arg. Nou.12. c. 2.* Sed prætereà efficitur patronus. *l.1. §. fin. ff. Si quis à par. fuer. man.* Reſp. Per Emãcipationem filius efficitur extraneus. *l.55. ff. De rit. nupt.* & quidem ante Emancipationem fictione iuris pater & filius erant vna perſona; Nihil autem commune cum reuerentia habet ius tranſigendi, vt apparet in matre, idque arg. *l.120. ff. de V. S.* Vaſallo tranſactio ſuper Feudis nõ interdicitur: *2. F.26. §.15. verſ. Si vaſallus. 2. F.43.* 1. Obſt. Alienatio feudi eſt prohibita *2. f.62. & 55.* cur non tranſactio? *l. 4. C. De Præd. & al. reb. minor. l.12. C. h. t.* Reſp. 1. Hoc verum, quando conſtat Feudum eſſe, ſed hic in controuerſia eſt, an Feudum ſit; Ergo in dubio

in fauorem vaſalli admittitur. *arg. l. 65. §. 1. ff. De Condict. indeb.* (2. Poteſt Vaſallus tranſigere retinendo Feudũ, non autẽ dimittendo, id eſt, decidendi non deminuendi cauſa, ob vexam litis, iuxta illud: Redimite tempora veſtra, & vexationes, quia dies mali ſunt. *c. Dilectus. 28 X. De Simoniâ.* (Quando vaſallus aliquid accipiendo relinquit Feudum apud poſſeſſorem, non alienat Feudum. *arg. l. 33. C. h. t.* Si enim omninò non agere ipſi liberum eſt, *tt. C. vt nemo inuitus agere.* Cur non & liberum erit volente aduerſario actionem delerere? 2. Obſtat. Sic vaſallus cauſam poſſesſionis ſibi mutaret. *contr. l. 7. & l. 8. ff. De vſufr.* ex titulo tranſactionis à tranſigente obtento. Reſp. Id non agit Vaſallus, vt ab alio Dominium acquirat ſed vt ea pecunia aduerſarij verſutias redimat facta ſcil. domino denuntiatione cũ nec Dominus ipſe ſibi aliter conſulere poſſit. *d. t. 26. § 5. 2. F. & 2. F. 43.* Imo hanc tranſactionem ex perſona propria facilius, quam vaſalli retractabit. (Obſt. Vaſallus non poteſt nocere Domino ex actu voluntario. arg *l. 69 §. 3. ff. De Legat. 2.* Sed tranſactio eſt actus voluntarius. *arg. l. 13. C. h. t. Nouell. 124. c. 4. c. fin. De Reſcript.* Reſp. Hic fit quodammodò ex authoritate magiſtratus. *l. 2. §. 1 ff. De Reb. eor. qui ſub tutel.* quæ coacta tamen voluntas ſuo modo in tranſactione admittitur. 1. ſi partes diu litigaſſent, & cauſa eſſet dubia. *c. Placuit. Diſt. 90.* 2. Si timor eſſet futuri ſcandali. *l. 13. §. 3. in fin. ff. de vſufr.* Finaliter diſtingue: vel tranſactio ſuper Feudis à vaſallo facta eſt, cum Conuaſallo & valet: vel cum extraneo, & non valet. *Vid. Curſ. Iun. p. 4. q. 7 Clar. lib 4. ſent. §. Feudum. quæſt. 38.*

Materia Tranſactionis ſunt, quæuis res dubiæ, vt ſtatus quæſtio etſi Tranſactione id agatur, vt qui ſeruus dicebatur, ſeruus maneat, nec amplius libertatis ſuæ controuerſiam faciat. *l. 43 C. h. t.* quamuis de illis non poſſit fieri compromiſſum, quia fauor libertatis, vt ea maiores iudices habere debeat. *l. 32. §. 7. ff. De recept. arb.* 1. Obſt. *L. 6. C. De lib. cauſ. L. 26. C. h. t.* vbi is qui ſcribit ſe ſeruum præiudicium iuri ſuo non comparat. Reſp. Ibi ſtatus non erat dubius, vti hic arg. *l. 2. in pr. ff. Si quis eum qui in ius voc.* 2. Obſt. Tranſactio fit dato & retento, arg. *l. 1. ff. h. t.* Sed ſeruo nihil deberi poteſt. arg. *l. 209. ff. de Reg. iur. l. 22. ff. Eod. l. 107. ff. Eod. t. 3. Inſt. Per quas perſ. cuique acquir. l. 3. ff. Ne quis eum qui in ius voc. l. 2. ff. Ad. L. Aquil.* Reſp. Niſi aliquid poſſideat ex conniuentia Domini. *l. 4. §. 1 ff. De Manum.* vtpote legata. *l. pen. C. De Neceſſ. ſeru. herid. inſtit.* quâ conniuentiâ etiam poſſunt teſtamenta facere

Digitized by Google

cere. *Plin 8. Epiſt. 16. Vlp. 5. §. 5. vbi Gothofr.* quaſi dotem dare *l. 39. ff. De iur. dot.* Deinde ſeruus hic pretium acquirit non poſtquam eſt ſeruus, ſed liber progrediens ad ſeruitutem, perinde, vti viuentes morimur. *l. 22. ff. Ad Sctm Syllan. iud. vid. quæ ſcripſi, in Rational. ad §. 4. Inſt. De Iur. perſon. in Rat. Prop.*

Idem placet etiam in cauſa ſtatus Monaſtici. Id eſt; Abbas dicit, quod quidam ſit ſuus Monachus: Ille negat; Lite pendente ille dat decem Abbati nomine Tranſactionis, quæritur nunquid deinceps habeatur pro libero. Et dicitur quod ſic. *Accurſ. in l. fin. C. h. t.* arg. *Auth. Si ſeruus. C. De Epiſc. & cler. 1. F. 13. verſ Eccleſia.* Actus etenim pius non valet in damnum alterius, nemo quippe poteſt Eleemoſynam facere de alieno *Angel. Aret. in pr. Inſt Quib. ex cauſ. man. non. lic.* Solches heiſt / das Ledder ſtelen / vnd die Schuch vmb Gottes willen geben. Prædicta obtinent; modò decretum Epiſcopi interueniat, quia vt non bona, ità nec perſona ſpiritualis alienari poteſt abſque decreto. *c. fin X. De Reb. Eccleſ. alien. vel non.*

Etiam poſt cauſæ Concluſionem, *Dd. in l. 32. C. h. t.* quando ſc. lis eſt conteſtata, probationes & Exceptiones prolatæ, & renuntiatum eſt, non ſolum probationibus facti, ſed omnibus allegationibus iuris & facti: Ità quod tantum reſtat ſententia ferenda. Vnd ſich die ſache zum beſchluß vnd vrtheil neiget *c. Iudicantem. 11 cauſ 30. quæſt. 5. c. quoniam. 11. X. De Probat.* & ſic tacitè: Expreſſè autem, quando verbis expreſſis dicitur. Vnd will hiemit Zum vrtheil beſchloſſen haben / So ferne / das vom gegentheil nichts newes eingebracht werde / imfall wo ſolches geſchehe / will ich nun meine Rechtliche nohtturfft fürbehalten haben / daruon ich hiemit ſolenniter Proteſtiere *chil. Goldtſtein. in proceſſ. De concluſ. in cauſ. pag. mihi 76.*

De futuris alimentis quauis vltima voluntate relictis licitè non tranſigitur abſque cognitione Prætoria. *l. 8. Per totum l. 8. ibiq; Dd. C. hic* ne modico præſente contenti alimentari paulò poſt contra teſtatoris voluntatem fame laborarent *§. fin. Inſt. de his qui ſui vel al.* maximè homines vitæ Sequioris, vt. in *d. l. 8. §. 11. ff. h. t.* nam ſæpius iuxtà *Adag.*

Ad præſens oua cras pullis ſunt meliora.

Dixi in Rationalib. ad §. 2. iurat. prop. Inſt. De Sing. reb. per fideic. relict. appellatione alimentorum hic omnia veniunt, ſine quibus viui nō

poteſt, quibus inopem quis vitam defendit vulg. Kalt vnd Warm / vnder vnd vber. *l.6 ff. De Alim. & cib. legat. Menoch. in Conſil. 62. vol. 1. num. 10.* Nemo enim præſumitur vento viuere. *l. 2. in fin. C. De Alim. pupill. præſt.* aut tanquam Daniel iuſſu Angeli paſci à Prophetâ Habacuc. *Daniel. 14. v. 33. Alciat. 1. præſumpt. cap. 50.* vſque adeò vt nec iurata tranſactio valeat. arg. *l. 5. C. De LL. in fin. L. fin. C. De Non num. pecun.* Lex enim habet vim Apoſtolici *gloſſ. in L. Adigere. §. fin. ff. De iur. Patron.* & ſicut Papa poteſt iuramentum ex cauſa tollere. *Sich. ad l. 21. C. De Tranſact. num. 7.* De iure tamen Canonico hoc iuramentum ſeruandum eſt. *c. cùm contingat X. De iurei. vbi. Gloſſ. & canoniſt.* Fructus huius diſtinctionis eſt. 1. Quia tranſactio talis per iuramentum non firmatur, mox cum ſeruauit debitor iuſiurandum, poterit repetere per Condictionem ſine cauſa *c. debitores. X. De iurei.* (2. Poterit hęres iurantis contrauenire. *contr. l. 14. C. De Rei vind. l. 152 §. fin. ff. De Reg. iur.* Cum iuſiurandum ſit perſonale, quare non tranſit ad hęredes. *c. Veritatis X. De iureiur.* Et iuramentum hęreditarium multum differt à Principali. *l. 12. in pr. C. De Reb. Cred. Myn ſing. cent. 1. obſeru. 13. Paul. lib 2. ſent. 1. §. 4.*

Quid dicemus de alimentis præteritis? De ijs licitè quis tranſigit *l. 8. C. h. t.* quia talia alimenta filius nulla actione petere poteſt, ideò licitè de ijs tranſigit, non enim ex illis vita hominis pendet, proinde nec conditio alimentarij fit deterior tali tranſactione, vt in *l. 8 ff. De Tranſact.* Dicūtur enim alimēta ἀναφαιρετικῶς *Donell. ad l. 8. in fin. C. h. t.* ſed officio tantum iudicis ex æquitate naturali. arg. *l. 4 ff. De Agnoſc. & alend. lib.* niſi filius mutuo accepiſſet, vnde ſe aluiſſet. & ſic explico *Treutl. in diſp. 7. theſ. 4. lit. F. contr. Dn. Bachou.*

Tranſigere porrò vel Paciſci, de quouis crimine Capitali, excepto adulterio prohibitum non eſt. *l. 18. C. h. t.* 1. Obſt. *l. 51. §. 2. ff. Ad l. Aquil.* vbi dicitur non oportere maleficia eſſe impunita. *l. 14. C. De Pœn. l. 9. § 5. ff. De Public. & vectigal.* Ideò non videtur valere tranſactio arg. *l. 7. §. 14. ff. De Pact.* Reſp. In contrarium eſt ἐπιείκεια ſeu humanitas *in l. 1. ff. De bon. eor. qui ant. ſent. mort. ſib. conſciv. l. fin. ff. De Præuar. c. ſi quem pœnituit. §. in omnibus. cauſ. 2 q. 3. Padilla. ad l. 18. C. h. t.* Et hæc tranſactio non tantum in Reo locum habet, ſed etiam in Accuſatore, quoniam vel ſubiret pœnam talionis, ſi dictum, quo Reum accuſauit, non probaret. *l. 3. C. De his qui accuſ. non poſſ. l. fin. C. De Accuſ.* Vel, abolitâ pœnâ talio-

nis

Digitized by Google

nis.§.7.*Inſt.* DE *Iniur. couarr.l.b.4.Var.c.9.*ſaltem ratione Correlatiuorum.*l.fin.C.* DE *Indict.vid.toll.l.fin.ff.* DE *Acceptil.l.1.C.* DE *cupreſſ* Imò in Accuſatorem potius eſt concepta:quia Tranſigendi verbum, non tàm ad reum refertur, quàm ad actorem. qui præcipuè litem finit actionem omittendo, quod eſt tranſigere.*l.14.ff.h.t.* DONELL. *ad l.18. C.h.t. num.5.* Excipitur Adulterium, Vel.1: vt quidam putant, quia hoc delictum eſt grauiſſimum omnium quę ſunt in mundo.*arg.l.88.§.16.ibi.*[Sed & alius mihi deteriora fecit] *ff.* DE *legat. 2. Rainerius*, *Albericus & Imola. ibid.vid.cap.Quid in omnibus.cauſ.32.q.7.* Quare eleganter ſcripſit BEATUS *Hieronymus in* AMOS. *cap. 7.* Maritus libentius audit vxorem interfici, quàm pollui. Imò Adulterium eſt malum, quod nullà ex cauſa iuſtum fieri poteſt.c.*Etſi chriſtus 26.X.* DE *Iurei.* Eorum ſcilicet, quæ Theologi dicunt intrinſicè mala eſſe.*c.Eſtote miſericordes.* DE *Reg. iur. in antiq.* Sed hæc ſententia refutatur.*per l.fin.§.1.ff.* DE *Publ. & vectigal.* (2. Quia Impp. conditores harũ LL. ſunt amatores caſtitatis. *Nouell.14.in pr. & §.1.Nouell.6.c.5.verſ.Nihil.n.* & ex Adulterio clari natales deturpantur. *l.9.C.* DE *Quæſt.* Sed refutatur, quia ſic idẽ in raptu & ſtupro. (3. Propter frequentiã delicti: *l.16.§.fin.ff.* DE *Pœn.* (4. Quia Maritus tanquã Leno tranſigens incidit in ipſam L. Iuliam. arg. *l. 37. in fin. ff.* DE *Minoribus.* 5. Ex zelotypia Italorum harum. LL. conditorum illud inductum. *Cyn.ad.h.L.* Tu reſponde: ex *l.13.§.1.ff.* AD *L.Iul.de* ADULT. *coerc.* non ſoli Atridæ vxores amant *Eraſm.cent.6.chiliad.4. Prou. 34.*

Septimam rationem poſuit *Iohan.coraſ.lib.2.miſcellan.c.1. numer. 10.* dicens eum, cuius conſilio fit, vt hoc delictum pecunia redimatur lenocinij crimen incurrere *l 14.in pr.ff.* AD *l. Iul.de* ADULT *coerc.* Ad quam rationem ſupra etiam relatam Reſpondetur. In hac ſpecie fieret legis authoritate tranſactio; ideò tranſigentes non incurrerent ſuſpicionem lenocinij.*l.1.C.* DE *his qui ven.at.impetr.* Octaua ratio eſt ex *Fulgoſio. nu. 13.* exiſtimante nullam hic ſubeſſe; Neque enim omnium quę à maioribus ſtatuta ſunt, ratio reddi poteſt *l.20.ff.* DE *LL.* Nonò *Treutler. in diſp. 7.theſ.5.lit.C.ex l.30.C.* AD *L.Iul de* ADULT. *coercend.* hãc rationem affert, quod hodie coniunctis tantum neceſſarijſque perſonis huius criminis accuſatio permittatur, ne igitur planè maneat impunitum, tranſactio erit vetita. 1. Obſt. *Nouell.117.c 15.in Epilog.* ibi [aut amicabili conuentione deciſa ſunt]. Reſp. 1. *Gloſſ.* textus Nouellæ corrigit. *L.18.C.h.t.*

quodi

quod falſum.arg.*l.*2.§.7.C.*De veter.iur.Enucl.l.*32. *c. de Appar*.2. Reſp. Cum de alijs capitalibus quoque Criminibus ibi actum eſſet,clauſula illa non eſt referenda ad crimina adulterij,ſed alia,quod refutatur.*l.*3. § 3.*De Lib.& poſth.L* 9.§ 5.*Circa finem.ff.De iur.& fact.ignor.L*.95.*& ibi. Dd.ff.De Legat*.3.(3 Reſp.textus intelligitur in adulterio præſumpto. vt in *Auth.Si quis ei.C.Ad L. Iul.De Adult.coerc*. & 4. F.5. *in pr*. ibi.[aut cum ea turpiter luſerit]2.Obſt. *Nouell*. 134.*c*. 10.*verſ. Adulteram*. vbi marito liberum eſt vxorem ſuam adulteram ſibi ſine vlla copula copulare.Reſp.1.*Gloſſ*. quod textus loquatur in viro (2. quod ibi fuit mulier punita de adulterio,& ſic Conceditur mariti fauore,ne ille toro careat,cum ad aliam accedere ſine animæ ſuæ iniuria non poſſit. & fit ſaltem pax ad remittendum rancorem, abolendamque iniuriam 3.Obſt.*l. Si maritus*.2.§.*Si negauerit.ff. Ad L.Iul De Adult. coercend*. Vbi pater atq; maritus, quibus adulterij accuſatio primò defertur poſſunt huic accuſationi renunciare Reſp. 1. *Gloſſa. in verſ. item contra Ibid*. Quod ibi repudiauit pater vel vitricus,hic autem tranſegit, vel pactũ fecit. Sed intellectus Gloſſæ verbis videtur impoſitus. 2. Reſp. *Bart*. legem illam duplicem habere intellectum: priorem , vt intelligatur antequam inchoaretur iudicium,alterum vt non valeat repudiatio illa,vt hic ad imponendum finem proceſſui,ſed valeat ad repellendum accuſatorem , vt ſuſpectum , & ad pronunciandum incidiſſe eum in Turpillianum. Aliter Reſpondit *Cynus*,nimirũ,quod lege contraria pactum ſeu tranſactum ſuſtulerunt patri ac marito ius ſpeciale habenti,vt licet ius accuſandi hoc delictum ſit publicum,præferantur tamen omnibus, ſi intra ſexaginta dies velint accuſare, ſed ius commune,quod publicè Competit, renuntiatione quis perdere non poſſit.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

DISPUTATIO III.

Exhibens.

Templum omnis dignitatis; hoc eſt, Syntagma Totius Juris Publici.

Reſpondente

JOHANNE PHILIPPO Scheiblero. G. H.

Iſagoge.

QVòd de armata militia iudicat *Fl Vegetius.* ex vſu fore ſalutis publicę; ſi rudes tyrones, qui fortes aliquando & bellicoſi milites videri debeant, antequam ad iuſta prælia admittantur, varijs ſtudijs ac rebus aliquoties exerceantur: Idem nos de togata militia, quæ eſt Iuriſprudētia, arg. *l. 14. C. De Adu diu. iud* verè rectèq; vſurpari poſſe exiſtimamus: Reip. intereſſe plurimũ, ſi pręter crebras & aſſiduas lectionũ auſchultationes, tyrones iuris in diſputādi ratione, qua forēſibus cõtrouerſijs quaſi præluditur, ad omnē vſũ Reipub. crebrò multumque exerceantur. Diſputatio enim vtilis & neceſſaria res eſt *l. 2. §. 5. ff. De orig. iur.* Cribrum veritatis. *Nazianzen.* Cuius μηχάνη ò penetrare debet, vt veritas, iuxtà *Democritum ἐν βύθῳ* latitans, noſtri intellectus Horizontem aſcendat, notando & diſputando optima quæque inueniantur. *l. 18. §. 26 ff. De Munerib. & honorib.* Quandoquidem ſicut ferrum ſine vſu rubigine exeditur, vſu verò ſplendeſcit; ignis cineribus ſopitus follibus excitatur. vinum quietum aceſſit, moderata verò transfuſione niteſcit; haud ſecus ἡ ὁμιλία τὴν τέχνην τίκτει

B Con-

Conueniant bini, melior ſententia conſtat.

Non ſufficit verum dicere, niſi cauſa falſitatis allegetur. *Ariſt. 7. Ethic.* Oppoſita enim iuxtà ſe poſita magis eluceſcunt. *Id. lib. 2. De cælo & Mund. & 3 Rhetoric. l. fin. ff. De Legat. 3.* & ferro viam aperit, qui per contraria tranſit. *Bald. in l. precibus, C. De impub. & alijs ſubſt.* Dubitatorum ſolutio, veritatis eſt inquiſitio. *Ariſt. 3. Metaphyſ.* Ne tamen in iure Romuli hærentes, turpiter ius, quo vtimur negligamus. *L. 2. §. 43 ff De orig. iur.* & , quaſi Lotũ guſtaſſemus, patriæ obliuiſcamur. *Guſtatus* noſtra ſuper Iure publico non ingenij noſtri iam oſtentandi, quam tentandi gratia inſtituenda erit: Iura publica ſiquidem certiſſima ſunt humanæ vitæ ſolatia, infirmorum auxilia, potentiũ frena; ideò exuenda barbaries, recipiẽdi paulatim Juridici mores, nec eſt nouitas moleſta, quæ proba eſt, inquit, *Rex Theodoricus apud Caſſiodorum lib. 5. variar.* Licet ardua res ſit, vetuſtis nouitatem dare; nouis authoritatem; obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubijs fidem omnibus naturam, & naturæ ſuæ omnia. *Fragmentum Epiſt. Plin. 2. ad Veſpaſ. Imperat.* Pomponius Ic. priſci æui Iuriſperitos eo nomine vel maximè commẽdat, quod non tantum priuati, ſed & imprimis publici iuris ſtudio inclareſcere & Reip. prodeſſe ſtuderent; Vtriuſque enim iuris tàm arcta eſt cognatio, vt vnum ab altero, ſine totius interitu, vel certè maxima deminutione diuelli nequeat; Vnde quamdiu iuris vtriuſque coniunctio viguit, iuriſprudentiæ ſplendor creuit, vbi verò diuulſio & ſequeſtratio irrepſit, iuriſprudentia in tabulariam artem degenerauit. *Lindeman. in præfat. diſputat. feud.* Collimabit autem noſtra diſputatio ad hæc præcepta. Diſputantium eſt diſſentientem placare vt patrem, monere vt minorem, obiurgare vt errantem, & humanitatis ſparſo ſale argumenta contradicentium diluere, ſin minus, nigri, parui, & praui animi indicia ſunt. *Eberhard à Weihe. in problem reg* de reg. Elect & *ſucceſs fol. 62.*

Diuerſum ſentire duos de rebus ijſdem
Incolumi licuit ſemper amicitia.

Arg. l. 4. ff. Ad Senatus ConſultumTrebell.

Conclu-

Digitized by Google

Concluſio I.

QVia benè vniuerſa geruntur,& competenter, ſi rei principium fiat decens,& amicabile Deo. *Nouell.6.in pr.* malo autem inchoata principio non præſumuntur bonum ſortiri exitum *l.11 C.Qui tut.dar.poſſ.Alciat.2.præſumpt.cap.32.* Quicquid agimus, in nomine Domini incipere debemus *cap.16.in fin. cauſ.26 quæſt.7.* ὁ θεὸς ἐϛιν Ἀρχὴ παντων, παντων τε τελευτή, Principium medium & terminus. *Nouell.109 in pr.* Idem quando Thules ex oraculo in Serapidis templo quæſijt,nunquis eſſet alius rex maior ipſo? reſpondit oraculum.

Πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς Primum Deus, Deinde Verbum & Spiritus cum illis. *Dreſſer.in millen.3.pag.215.* hic eſt, qui ipſis actibus tribuit auxilium,quos ab ipſo auſpicamur. *Paul. ad Coloſſenſes.c.3. verſ.17.* Ideò etiam Iuſtinianus humanam fragilitatem perpendens,quæ magna eſt.*l.2 in pr.C.De veter.iur.enucl.* videnſque quod nullum bonum poſſit ſuperædificari,vbi Chriſtianæ fidei deficit fundamentum.*l.1.C.De ſumm.Trin.l.inter claras.C.Eod.* non eſt confiſus de ſuo ingenio & potentia,vt ſuperbus Nabuchodonoſor.*Daniel.4.v.27.* Sed omnem eius ſpem referens ad Almæ Triados prouidentiam, vt in *l.1.C.De veter.iur.enucl.* inuocauit nomen Domini. *in proœm. Inſtit.* in cuius nomine ad omnia conſilia, omneſque actus ſemper progreſſus eſt,iura imperij ſuſcepit,pacem in æternum cum Perſis firmauit,acerbiſſimos hoſtes & fortiſſimos Tyrannos per ipſum deiecit.*l.2.in pr.C.De offic.præfect.præt.Afric.Nouell.80.in pr.& 85.in pr.*

Quid ſit ius Publicum.

QVod olim fuit in Imperio Romano Lex Regia. *§.6.Inſt.De iur.nat.Gent.& ciuil.l.1.in pr ff.De conſtit.Princip.l.1.§.7.C.De veter.iur.enucl.1.Sam.8.v.11.* Seu lex Remnia, *Coraſ.lib.6.miſcell.cap.8.* Lex imperij,*L.3.C.De Teſtam.arg.L.fin.in pr.C.De.LL.* ad ſtatum rei, id eſt Reipublicæ Romanæ ſpectans *§.4.Inſt.De Iuſt.& Iur.* Illud hodiè in Imperio Romano Germanico ſunt,Lex fundamentalis, Pactio Reipublicę, & iura Maieſtatis perinde vti in regno Gallico eſt Lex Salica, de qua *tit.29.lib.2.Feud.* quam deſcribit.*Hoteman.* lib.1. *De Antiq.iur.regn.Gall.*

Digitized by Google

cap. 23. ex qua regnum illud in colum non cadet. *Arum. in diſcurſ.* 2. *ad aur.bull.theſ.* 3 .*pag.* 87.in Longobardico Lex Lombarda. *lib.* 1. *Feud.* t. 10.*in fin.*2.1.*in pr.* Dn. *Præſes in Rationalib.* *ad* §.4. *Inſt. De Iuſt.* & *iur. in rat. propugn.*

Quæ Lex Fundamentalis.

3. Lex Fundamentalis eſt Aurea Bulla Caroli 4. Imperatoris. *Petr.Heig. lib.* 1 *quæſt.* 5 *n.* 2. *Gregor.Tholoſan lib.* 7. *De Republ.c.* 19. *in fin.verſ. poſſumus dicere* Althuſ. *c.* 19. *Politic.n.* 38. *Keckerm.lib.* 1. *Syſt. Polit.c.* 6. qua ſalus dignitaſque totius Imperij continetur. *Pruckman.*§ .*Soluta poteſtas effect.* 3.*n.* 3.cuius authoritas in dubijs meritò ſequenda. *Hartm. Maurus. de Coronat.* Carol. 5.*tit.quo apparatu,*cui ſemper ſtare oportet *Heig.d.quæſt.* 5. *n.* 1.qua qualeſcunque Imperij reliquiæ,illique ferro lutei pedes vtcunque continentur,& à diſſolutione ac ruina conſeruantur. *Freher. orat.* 2.*de propria gubernatione Friderici* 4. quod ſignificat, dictus *Carol.* 4. *in in aur.Bull in proœm.* Tu quidem inuidia Chriſtianum Imperium à Deo inſtar ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis fide, ſpe & charitate virtutibus Theologicis roboratum , cuius fundamentum ſuper Chriſtianiſſimo regno feliciter ſtabilitur,antiquo veneno,quod velut ſerpens in palmites Imperiales & membra eius propinquiora,impio ſcelere vomuiſti,vt concuſſis columnis totum ędificium ruinæ ſubijceres &c.Ideò eam Imperator abrogare nequit. *Arum.in diſcurſ.*1.*ad aur.Bull.c.*7.*per tot.* vid. *Receſ.*Imp.*de Anno.*1521.*in pr.*

Notatio Bullæ.

4. Dicitur Κατ' ἐξοχὴν Aurea bulla,vel ob materias aureas, vel quia ſigillo aureo Imperatoris roborata. *Buxtorf, ad Aur. Bull.Carol.*4.*Concluſ.*1. non ſigillo ſimplici, quo Impp. antè Coronationem tantum vtuntur. *Gloſ. in Clement.* 1.*in fin.De Iureiur.* poſteà enim prodeunt ab Imperiali eius Maieſtate reſcripta,inſcripta & tranſmiſſa iudicibus , ſigno Aquilæ,cum duplici Capite ſubſignata & ſigillata , literis in eo ſigillo ceræ purpureæ,loco forſan Conchilij & Muricis in orbem impreſſis, iterum illius nomen indicantibus,cum Secretarij ſubſcriptione,mutata in tantum. *l.pen.C. De Diuerſ. reſcript.*obſeruatione. *Dn. Præſes, in diſp.* 6.*paratitl.iur.Canon.de reliq.iur.reſcript.in form.extrinſec.*Sic quoque obſer-

Digitized by Google

ſeruátur in Reſcriptis ſummi Pontificis, vt Sigillum ſeu Bulla in cera purpurea oſtendat. D. Petri & Pauli imagines, literis circumfuſis, & in alia parte ſit inſcriptum ipſius Pontificis. *Cunrad. Lancellot. De iur. public. perſon. lib. 1. cap. 1 §. 4. verſ. Reſcripta. condere* Aliter *Specul. in §. 2. De Reſcript. præſent. n. 2.* Ex vna parte Bullæ debet eſſe ſcriptum nomen Papę literas concedentis, debet etiam habere circuitum orbicularem de pũctis, ex alia parte debet caput eſſe caluum Pauli, & hirſutum cum barba prolixa, & caput Petri granatum, & piloſum cum barba rotunda & granata, & vtrumque caput circundatur circulo punctorum, & inter ipſa capita eſt crux prolixa habens in ſummitate vnum punctum & aliud in fine ſtipitis; Sed & ſuper ipſa capita eſt linea literarum continens. S. Pa. S. Pe. &c.

Deſcriptio Aureæ Bullæ ab Authore, loco, circumſtantia præſentium, die.

5. Lata à Carolo 4 Imperatore, principe ideò laudato *Ioh. Trithem. in Chron. Hirſaug.* etſi ob alia non ſine cauſa reprehenſo. *Cranz. lib. 10. Saxon. cap. 3. Arum. in diſcurſ. 1. ad aur. Bull. cap. 3.* in curia ſeu Comitijs, auff dem Reichstag Noribergæ, *in fin. proœm. & c. 12. Aur. Bull.* licet alij perperam eam Metis promulgatam eſſe aſſerant, vt *Peucer. in Chronic. in Carol. 4.* aſſidentibus ipſi omnibus Principibus Electoribus, ac aliorũ Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & ciuitatum multitudine numeroſa, iuxta *conſtit. Frid. de Anno. 1442. in pr. & formula. ſub qua ad Comitia vocantur* (ibi mit vnd neben allen anderen Ständen helffen handlen/rahtſchlagen vnd ſchlieſſen) in ſolio Maieſtatis Cæſareæ, Imperialibus infulis, *arg l. fin. C De quadr. præſcript.* inſignijs, Enſe ſc. Pomo & Sceptro *c. 22. & 25. Aur. Bull.* albaque Dalmatica pretioſis margaritis diſtincta aureaque ſtola. *c. 24 ibid. §. fin.* & diademate coronato. *Alciat. de ſing. certam. lib 2 cap 32* maturâ deliberatione præuia *Buxtorf. ad Aur. Bull. theſ. 5.* Anno Domini 1356 *in fin. Proœm. Aur. Bull.* Indictione (quæ nobis eſt der Römer zinßzahl) nona, 4. Idus Ianuarij, anno regnorum ſuorum decimo, Imperij (vt habet Moguntina) ſecundo, vel, vt Palatina (quæ verior videtur) primo. *Buxdorf. ibid. theſ. 8.*

Materia Aureæ Bullæ, & Forma Electionis.

6. Materia Aureæ Bullæ, ſunt. 1. Actum Electionis Romanorum Regis præcedentia tria, ſc. Quomodo ſaluus cōductus Electoribus præſtari; Electores ad Electionem conuocari; Francofurtēſes tū Electores protegere, tum nullum extraneum intromittere debeant, c. 1. *Aur. Bull. & ibi Arum. in diſcurſib.* de Saluo Conductu vide latè Ioh. *Georg Becht.* 11. Electio ipſa Regis Romanorum, hoc ordine, vt fiat tātum à ſeptem Electoribus, ſecūdum antiquam & laudabilem cōſuetudinem. *c. 1. in pr. Aur. Bull.* collegialiter, non ſingulariter *tit. 2 §. præſtito. d. Conſtit Aur. Bull.* & quidem Archiepiſcopus Moguntinus, Decanus Collegij. *Freher. in not. ad. Petr. de Andlo.* Iuxta præſcriptam Formulam *in tit. 18. de Conſt.* CoElectores omnes. *tit. 1. pr. ibid.* Francofurtum. *t. 1 §* 10. *t. 2 §. 3.* locum aptiſſimum. *Arum. diſcurſ. 1. ad Aur. Bull. theſ. 35. pag. 73.* intra tres menſes. *d. t. 1. §.* 10 Conuocabit. Hoc autem tempore & loco conuenire debent Electores ipſi, vel ſi iuſto impedimento detinentur, eorum nuncij legales cū mandato ad præſcriptā Formulā. *t. 1 §. præterea.* 18 *d. Conſt.* ſub poena amiſsionis ſuffragij. *d. t. 1. §* 21. Veniunt autem tuti ſaluo conductu. *d. t. 1. §. 2.* ingreſsis vrbem nō pluribus, quàm ducētis Equitibus, iurant ciues, ſe ipſos fidei ſtudio protecturos, & intrà tempus Electionis neminem intromiſſuros, illis qui in ciuitate reperiuntur, absq; mora, & cum effectu exitum ordinaturos, quæ negligentes incurrunt poenā periurij, amiſſionis omnium priuilegiorum, & bāni Inіperialis. *d. t 1 §. fin.* Sequenti diluculo, Electores in templo S. Bartholomęi conueniunt ad inuocandam gratiam Dei. *Aur. Bull. tit. 2. in pr.* Peracta Miſſa ad altare iuramentum iuxta legem Carolinam ſibi inuicem præſtant. *d. t. 2.* Poſtea Elector Moguntinus exquirit vota. 1. Ab Archiepiſcopo Treuirenſi. (2. Colonienſi 3. Rege Bohemico. 4. Comite Palatino 5. Duce Saxoniæ 6. Marchione Brandēburgico & hi rurſus vocem ab ipſo ſcrutantur. *t. 4. §. 3. dict. Conſtit.* Pacto pretio vel quocunque modo corruptus voce careto, *arg. c. nobis. 27. X. De Simonia* Corrumpens, vt indignus repellitor. arg. *L. vn. ff. Ad L. Iul de ambit.* Francofurto Electores non diſcedunto, niſi maior pars in certum aliquem concordauerit, Quod fiat intra. 30. dies, aut panem manducanto & aquam bibunto. *d. t. 2. §. præſtito. 3. dict. Conſtit.*

Ordo

Digitized by Google

Ordo Seſſionis inter Eccleſiaſticos.

III. Seſsio Electorum Eccleſiaſticorum, hoc ordine. Archiepiſcopus Treuirenſis ex oppoſito & lineari directione verſus Imperatoris faciē: Moguntinēſis verò in ſuis diœceſi & prouincia & extrà prouinciā ſuā; in toto Cācellariatu ſuo Germanico, prouincia dūtaxat Coloniēſi excepta, Et demū Coloniēſis in ſuis diæceſi & prouincia, & extra prouinciā ſuā, in tota Italia & Gallia in dextro latere Romani Cæſaris ſedere poſſunt, valēt & debēt, in omnibus publicis actibus Imperialibus, puta iudicijs, collationibus Feudorū, & in refectionibus menſarū. &c. *t.* 3. *d. Conſtit. Aur. Bull.* Prærogatiua ſeſſionis inter Electores ſeculares talis. A dextro latere Imperatoris vel Regis Romanorum immediate poſt Archiepiſcopum Moguntinum, vel Colonienſem, Rex Bohemiæ primum & poſt eum continuò Comes Palatinus Rheni ſecundum ſedendi loca debent obtinere, Ad ſiniſtram verò partem immediatè poſt illū, quem ex prædictis Archiepiſcopis in latere ſiniſtro ſedere continget, primum locum Dux Saxoniæ, & poſt eum Marchio Brandenburgenſium alterum obtinebit. *t.* 4. *in pr. dict. Conſtit.*

Vicariorum Poteſtas.

IV. Vicariorum poteſtas. *t.* 5. *dict Conſtit. vid tract. D. Iuſti Sinoldt. De Vicarijs Imperij horumq; poteſtate.* V. Succeſſio & tutela Principum Electorum. *t.* 7. *dict. Conſtit.* VI. Regis Bohemiæ aliorumq; Electorum priuilegia. *t.* 8. *Ibid.* VII Regalia. *t.* 9. 10. *&* 11. VIII. Comitia. *t.* 12. IX. Confœderationes. *t.* 15. X. Pſalburgerij *t.* 16. XI. Diffidationes. *t.* 17. XII. vnio Principatuum Electorum *t.* 20. XIII. Integritas eorum ſeruanda. *t.* 25. XIV. Officia Electorum. *t.* 27. XV. Iura Officialium. *t.* 29. *dict. Conſtit. Aur. Bull. &c.*

Partitio Commodior & Explicatio Specialior, Deſcriptio Pontificis & Imperatoris.

17. MAxima in hominibus ſunt dona Dei à ſuperna collata Clementia SACERDOTIVM, ET IMPERIVM: & illud quidem diuinis mi-

miniſtrans:hoc autem humanis præſidens,ac diligentiam exhibens:ex vno eodemq; principio vtraq; procedentia humanam exornant vitã &c. *Iuſtin.in. Novel. 6.in pr.*

In dextra parte Templi honoris conſpicitur Pontificis Maximi imago, Prima Omnium, in excelſo tribunali poſita: Humilis: Deum vnum & Trinum reſpiciẽs, Diademate, Triplici Corona aurea, compoſito, varijſque lapillis locupletiſſime referto, Caput cooperiens: dextera manu comprehendens Crucis ſalutiferæ ſignum longoq; rectoq; baculo ſuper impoſitũ. Cui duę claues paulò inferius alligatę ſunt: Pallio inde & pluuiali, ſeu veſte purpurea, poſt alia indumẽta Pontificia perſonam ſuã ampliſſimè tegit: In Lęua parte Templi Sedet ante alios Imperatorium Simulachrum, præſe ferens graue Supercilium, venerabundè inſpectans, in Deo Patre filio & Spiritu ſancto Perfectam depictam Trinitatem, in eius templi faſtigio Coronã in Capite geſtans, Triplici metallo, varijs lapillis, pretioſè confectam, ferro, argento & auro: Dextra manu ſtrictum & erectum enſem, ſiniſtra vero, figuram vniuerſi orbis ſuſtinens: Corpus autem omne tegit armis ſplendidiſſimis; pallio purpureo, auro intexto ſuper illis longè lateq; diffuſo, *Lancell. in tr. de iur. publ. perſ. in pr.*

8. Pontificium ſiumlachrum, quia ſatis deſcripſit *Dn. Præſes. in ſuo prodromo* Παρατετλῶν *Iuris Canonici* tacito præternauigabimus ſilentio. de Capite Imperij, Corpore & ſingulis eius membris exactius dicturi.

9. Sex ſunt Interualla vniuerſi temporis, quod effluxit inde à Creatione Mundi ad noſtram vſque ætatem, & memoriæ cauſa hiſce Sex. C. cõprehendũtur. 1. Creatio. 2. Cataclyſmus 3. Chaldæi. 4. Cyrus. 5. Cittim. 6. Cęſares *Alſted. in Encyclopæd. lib. 20. Hiſtoria cap. 11. reg. 1.*

Imperium.

Imperium.

10. AVguſtiſſimum Romanũ Imperiũ,quod ab vrbe condita cœpit, eſt vel primum ſeu vetus,& ſecundum ſeu vltimum. Primi ſiue veteris Origo hæc eſt.Anno Mundi. 3197. ante Chriſtũ natũ.751 Romulus & Remus, Colonia ex vrbe Alba & alijs vicinis locis deducta Romam vrbem condiderunt, fundamentis eius iactis.21. Aprilis ſecundum Varronem.Imperium aliquandiu Regale fuit,quod Tarquinij Superbi Tyrannis, inuiſum populo Romano reddidit Anno Mundi.3441. Anno Chriſto nato 507. 2.Incrementum: tempore Ariſtocratiæ, cum Ordo Patrum imperabat. 3. Vigor & ſtatus bonus tempore Democratiæ,cum ſummum Conſulare imperium plebi communicaretur.4.Summus vigor & ſtatus,Cum fatali circulo confecto, ad vnius Imperatoris, nimirum Octauij Auguſti poteſtatem iterum res Romana recidit.5.Decrementum.Defuncto Auguſto , vſque ad obitum Conſtantini.6.Caſus,cum Gothi & Vandali iterum Italiam, Africam,Hiſpaniam,& alias nationes deuaſtarunt. Secundum ſiue vltimum Romanum Imperium eſt duplex. Orientale Imperatorum Græcorum, & Occidentale Romano Germanicum. Orientalis Imperij Imperatorum Græcorum. 1. Origo à Conſtantino vſque ad Iuſtinianum. 2. Incrementum à Iuſtiniano ad Nicephorum Phocam. 3. Status à Nicephoro ad Baſilium & Conſtantinum Porphyrogennetã. 4.Decrementum,à Baſilio ad Andronicum 11.Palæologum.5. Caſus ab Andronico ad excidium Conſtantinopolitanum. Occidentale Romano Germanicum.1.Origo eius à Longobardis.2.Incrementum à Carolo.M.ad Othonem. 111. 3. Status ab Ottone ad Rodolphum.1. 4.Decrementum à Rodolpho ad Carolum. V. 5.Caſus eſt de reſeruatis ſolius Dei. *Ioachim. Cluten. in Sylloge rerum quotidianarum. theſ.1. Lit.A.*

Imperij Romani Status.

11. Quarta hæc Monarchia Romanorum confertur cum ferro ignobili metallo,*Daniel.2.verſ.33.* quia Romani auaritia inexplebiles, truculentia crudeles,libidinibus fœdiſſimi fuerunt. Hinc *Mithridates* dixit,Romanos non temerè iactare conditores ſuos lupæ vberibus alitos.Et vti ferrum omnia comminuit,ita Romanum Imperium ſup-

miniſtrans:hoc autem humanis præſidens,ac diligentiam exhibens:ex vno eodemq; principio vtraq; procedentia humanam exornant vitã &c. *Iuſtin.in. Novel. 6.in pr.*

In dextra parte Templi honoris conſpicitur Pontificis Maximi imago, Prima Omnium, in excelſo tribunali poſita: Humilis: Deum vnum & Trinum reſpiciẽs, Diademate, Triplici Corona aurea, compoſito, varijſque lapillis locupletiſſime referto, Caput cooperiens: dextera manu comprehendens Crucis ſalutiferæ ſignum longoq; rectoq; baculo ſuper impoſitũ. Cui duę claues paulò inferius alligatę ſunt: Pallio inde & pluuiali, ſeu veſte purpurea, poſt alia indumẽta Pontificia perſonam ſuã ampliſſimè tegit : In Lęua parte Templi Sedet ante alios Imperatorium Simulachrum, præſe ferens graue Supercilium, venerabundè inſpectans , in Deo Patre filio & Spiritu ſancto Perfectam depictam Trinitatem , in eius templi faſtigio Coronã in Capite geſtans, Triplici metallo, varijs lapillis , pretioſè confectam , ferro, argento & auro: Dextra manu ſtrictum & erectum enſem, ſiniſtra vero, figuram vniuerſi orbis ſuſtinens: Corpus autem omne tegit armis ſplendidiſſimis; pallio purpureo, auro intexto ſuper illis longè lateq; diffuſo, *Lancell. in tr. de iur. publ. perſ. in. pr.*

8. Pontificium ſiumlachrum , quia ſatis deſcripſit *Dn. Præſes. in ſuo prodromo* Παρατετλῶν *Iuris Canonici* tacito præternauigabimus ſilentio. de Capite Imperij , Corpore & ſingulis eius membris exactius dicturi.

9. Sex ſunt Interualla vniuerſi temporis, quod effluxit inde à Creatione Mundi ad noſtram vſque ætatem , & memoriæ cauſa hiſce Sex. C. cõprehendũtur. 1. Creatio. 2. Cataclyſmus 3. Chaldæi. 4. Cyrus. 5. Cittim. 6. Cęſares *Alſted. in Encyclopad. lib.* 20. *Hiſtoria cap.* 11. *reg.* 1.

Imperium.

Digitized by Google

Imperium.

10. AUguſtiſſimum Romanũ Imperiũ,quod ab vrbe condita cœpit, eſt vel primum ſeu vetus,& ſecundum ſeu vltimum. Primi ſiue veteris Origo hæc eſt. Anno Mundi. 3197. ante Chriſtũ natũ. 751 Romulus & Remus, Colonia ex vrbe Alba & alijs vicinis locis deducta Romam vrbem condiderunt, fundamentis eius iactis. 21. Aprilis ſecundum Varronem. Imperium aliquandiu Regale fuit,quod Tarquinij Superbi Tyrannis, inuiſum populo Romano reddidit Anno Mundi. 3441. Anno Chriſto nato 507. 2. Incrementum: tempore Ariſtocratiæ, cum Ordo Patrum imperabat. 3. Vigor & ſtatus bonus tempore Democratiæ,cum ſummum Conſulare imperium plebi communicaretur. 4. Summus vigor & ſtatus,Cum fatali circulo confecto, ad vnius Imperatoris, nimirum Octauij Auguſti poteſtatem iterum res Romana recidit. 5. Decrementum. Defuncto Auguſto, vſque ad obitum Conſtantini. 6. Caſus,cum Gothi & Vandali iterum Italiam, Africam,Hiſpaniam,& alias nationes deuaſtarunt. Secundum ſiue vltimum Romanum Imperium eſt duplex. Orientale Imperatorum Græcorum, & Occidentale Romano Germanicum. Orientalis Imperij Imperatorum Græcorum. 1. Origo à Conſtantino vſque ad Iuſtinianum. 2. Incrementum à Iuſtiniano ad Nicephorum Phocam. 3. Status à Nicephoro ad Baſilium & Conſtantinum Porphyrogennetã. 4. Decrementum,à Baſilio ad Andronicum 11. Palæologum. 5. Caſus ab Andronico ad excidium Conſtantinopolitanum. Occidentale Romano Germanicum. 1. Origo eius à Longobardis. 2. Incrementum à Carolo. M. ad Othonem. 111. 3. Status ab Ottone ad Rodolphum. 1. 4. Decrementum à Rodolpho ad Carolum. V. 5. Caſus eſt de reſeruatis ſolius Dei. *Ioachim. Cluten. in Sylloge rerum quotidianarum. theſ.* 1. *Lit. A.*

Imperij Romani Status.

11. Quarta hæc Monarchia Romanorum confertur cum ferro ignobili metallo, *Daniel.* 2. *verſ.* 33. quia Romani auaritia inexplebiles, truculentia crudeles, libidinibus fœdiſſimi fuerunt. Hinc *Mithridates* dixit,Romanos non temerè iactare conditores ſuos lupæ vberibus alitos. Et vti ferrum omnia comminuit,ita Romanum Imperium ſup-

Digitized by Google

preſſit omnia reliqua mundi regna: Pedes luto ferrei. *Daniel.* 7 *v.* 19. denotant huius Imperij lacerationem, in Orientale & Occidentalé, remanente tamen Monarchia, quatenus huius plantæ pedis ferreæ. *Daniel* Vl. 40 contrà *Andream fine Bono.* per anagrammatiſmum. *in method. hiſtor. c.* 6 *& 2. De Republ.* 6. perinde vti poſt Alexandrum Magnum manſit Monarchia Græca, licet in quatuor regna diſtracta. Erant enim hæc quatuor regna vnius beſtiæ. ſiue Pardi. *Daniel* 7. *v.* 6. id eſt, Alexādri Magni capita: Dum igitur eadem beſtia manſit, nec Monarchia mutari potuit. *Dreſſer. in* 4. *Millen. de Succeſſ. Alexandr. Magni.* Aut quando regnum vnum populi Iſraelitici fuit diuiſum in duas partes ſub Roboam. 3. *Reg. cap.* 12. *v.* 17. Diſtingue tamen inter ſtatum, eiuſque gubernationem: ſtatus remanſit Monarchicus, ſed gubernatio poſt Carolum Magnum effecta eſt Ariſtocratica *Norderm de Iur. Prin. concluſ.* 9. *Lit. a.* quemadmodum olim apud Romanos ſtatus Imperij fuit Democraticu, gubernatio Ariſtocratica apud Senatum. *§.* 4. *& §.* 5. *Inſt. de iur. Nat. Gent & Ciuil.* Turcicum Imperium prorſus à Monarchijs ſeiungo, quas Deus LL. & diſciplinæ cauſa conſtituit. Sunt enim peculiares deſcriptiones Turcicæ Tyrannidis, vt apud *Ezechielem* de Gog. & Magog. *cap* 38. *per tot.* & Cornu loquens blaſphemias, & conterens Eccleſiam apud *Danielem. cap.* 7. *v.* 25. Singularis hic furor eſt ortus à Diabolis, in hac vltima mundi ſenecta. *Anno* 592. 23. *April.* Deo permittente, propter horribilia mundi peccata *Lonicer. in Theat. hiſtor. præcept.* 1. *p.* 101 Tyrannis Mahometica diſſimilis omnium regnorum, quia ex profeſſo conatur delere nomen Chriſti, nec ornat genus humanum Legibus & diſciplinis, ſed vaſtat orbem terrarum, vnde & nomen Turca vaſtationem, ſeu vaſtatorem ſignificat. *Carion. in Chron. pag.* 9. *n.* 15. Imò non poteſt eſſe Imperator, niſi qui ſit Chriſtianus & Communicator ſanctiſſimæ Eccleſiæ. *Nouell.* 8. *tit.* 4. *Clem. vnic. in pr. de Iureiur.*

Imperator & Rex Romanorum.

12 Quem Deus conſtituit de cœlo ad hoc, vt per ora eius diuinitus LL. conderentur, *Nouell.* 73. *§.* 1 *in pr.* & emanarent diuino quodā motu, *l. fin. C. de præſ long. temp.* Qui lex animata in terris. *Nouell.* 105. *in fin. pr.* Pater legis *Nouell.* 12. *c.* 4. *in pr.* Dominus mundi. *l.* 4. *C. De Quadr. præſc.*

l. 9.

Digitized by Google

9. *ff. Ad l. Rhod. de iact* cuius maieſtate nihil ſanctius. *l.12.* C. *De LL.* Coronam, ſeu Diadema *c. Conſtantinus diſt.96.* ferreum primò recipit, ab Archiep. Colonienſi Aquiſgrani, vt fortitudiné deſignet, qua vincere debet rebelles, & conculcare infideles Secundò Italiam ingreſſus, ab Archiepiſcopo Mediolanenſi, in villa Modoetienſi, in eadem ditione (quandoque tamen recipit Mediolani, in Æde ſancti Ambroſij, licet Carolus V. receperit Bononiæ. *Anno ſalutis.* 1530. 22. *Februarij*) ſuſcipit argenteum, vt ex huius metalli claritate & mundicie, pariter ipſe Imperator clarus & mundus omnibus appareat. Tertiò coronatur Diademate Romæ, per Pontificem Maximum in Eccleſia. S. Petri. ad Altare. S. Mauritij, ex puro auro, quod omnibus metallis eſt excellentius, vt intelligamus ipſum Imperatorem, alijs Regibus & Principibus, in potentia & iuſtitia excellentiorem eſſe debere. *Martin. Laudenſ. in tract. de Principe quæſt.*152. Quod autem Maximilianus. 1. Ferdinandus, & Maximilianus. 2. Rodolphus. 2. Matthias. 1. Inuictiſſimi Impp. Romæ coronati non ſunt, vel Germaniæ inteſtina commotio, vel minuendorum ſumptuum cura in cauſa fuere. Ante vnctionem alias, & Coronationem dicitur Cæſar, à Cæſo Elephante, Quod nomen olim deſignatis ſucceſſoribus Impp. tribuebatur. *Spart. in AElio. l.6. §* 1. *ff. De Iur. Fiſci. l.* 7. *vbi Gothof.* C. *De Maleſ. & Mathem.* In Gallia dicitur *Delphinus.* ex eo, quod Vmbertus Delphinatum Philippo Valeſio eâ Conditione ceſſerit, vt regni proximus heres Delphinus diceretur. *Polyd. lib.* 11. In Anglia *Normannia dux*, quâ recuperatâ à Gallis *VVallia Princeps. Polyd. lib.* 11 *&* 16. Græcorum Impp. *Deſpota.* Hiſpanorum Princeps, & reliqui liberi Infantes *Lupan. De Magiſtr.* Rex enim eligitur in Imperatorem promouendu. *clem.* 2. *De Iureiur. Aur. Bull. Carol* 4. *t* 2. 5.

Diuiſio Quartæ Monarchiæ in quinque articulos; & Series Impp. verſiculis comprehenſa.

Primus.

Cæſar & Auguſtus tibi dant primordia prima.

Deſcriptio Imperatoris.

1. Ab ornatu corporis. 2. Ornatu animi. 3. Obligationibus 4. Præſtantia & potentia. Ornatus corporis in eo eſt; quod gerit enſem. *Paul. ad Rom. c.* 13. *v.* 4. *l.* 3. *ff. De Iurid.* & orbem vniuerſum comprehendit ſiniſtra manu. arg *l.* 9 *ff. Ad L. Rhod de iact. l.* 4. *C. De Quadr. praeſc.* Purpureo pallio, ſeu trabea, auro intexta, amictus, arg. *l.* 1. *C. Public. laetit. vel Conſ. vbi gloſ.* vt in illa ſe adorandum ſæpius oſtendat. *l. reſtituendæ. C. De Aduoc. diuerſ. iudic.* Ornatus animi in Principe maximè conſideratur, quia ſubditis exemplo eſt, *c. praecipuè.* 3. *cauſ.* 11. *quaeſt.* 3. conſiſtit autem in Prudentia. *c.* 1. *Diſt.* 36. Manſuetudine & Clementia, inde dicitur, vnſer allergnädigſter Herr/ arg. *l. fin. C. De Don. int. vir. & vxor.* Religione. *l.* 1. *& Epiſt. Inter claras. C. De Summ. Trin.* Caſtitate, arg. *§.* 1. *Inſt. Quib. mod. tut. fin* Obligationes ſunt: Quod Imperij & ſubditorum commoda quæret. Vnde dicitur. Allezeit mehrer deß Reichs. *arg. pr. tit.* 55. *lib.* 2. *Feud.* Iuſtitiam colet. *l.* 1. *in pr. ff. De Iuſt. & Iur.* Legibus viuet. *l.* 4. *C. De LL. §. fin Inſt. Quib. mod. teſtam. infir.* Etſi ijs ſolutus ſit. *l.* 31. *ff. Eod.* Contractus iuris gentium obſeruabit. arg. *l.* 5. *ff. De Iuſt. & Iur. Mart. Laudenſis. in tract. de Principe. q.* 88. Plenitudine poteſtatis ſuæ non vtetur arg. 3. *Reg.* 21 *v.* 7. *& ſeqq. Ezech. c.* 46. *v.* 18. *c. magnæ. vbi* Dd. *X. De voto.* niſi ex cauſa, vt *in Receß. Imp. de Anno.* 1495. *de Pac. publ. Rubr.* Von ſachen ſo ſich vor dieſem Landtfrieden begeben haben/ illis verbis, von Römiſcher Königlicher macht/ vollkommenheit vnd rechtem wiſſen / *& de Anno* 1544. *§.* Als wir aber. *ibid.* Auß vnſerer Keyſerlichen macht vnnd vollkommenheit. Et de Anno 1555. §. Solches alles vnnd jedes/ ibi. Auß rechtem wiſſen/ vnd Römiſcher Keyſerlicher macht/ vnd vollkommenheit. Debet eſſe pacificus. *Abb. in proœm. Decretal. in verb. Rex pacificus. Paul. ad Rom. c.* 12. *v.* 18. Bella prouocatus tantum mouebit. arg. *l.* 3. *ff. De Iuſt. & Iur. l.* 4. *ff. Ad L. Aquil. l.* 24. *ff. De Captiu. & poſtlim. reuerſ.* Perſonaliter non pugnabit. *c. monomachiam.* 22. *cauſ.* 2. *quaeſt.* 5. ſpeciale enim fuit ex inſtinctu Spiritus. S. in Dauide cum Goliado pugnante. 1. *Reg.* 17. *v.* 45. *& ſeqq.* Duella prohibebit. *t. t. X. De Torneam. & de Purg. Vulgar.* Vſuras mordaces, Hebraice (Neſeck) ſuprà modum in *l.* 26. *C. De vſur.* definitum, tollet. *Luc.* 6. *v.* 35. Prudentũ conſultationes nõ negliget. *Exod.* 18. *v.* 21. *l* 4. *C. Locati. l.* 8. *C. De LL.* ne periclitetur, cum Roboamo. 3. *Reg.* 12. *verſ.* 8 *& ſeqq.*

ſeqq. Erit in aditu facilis, ſine contemptu tamen ſuæ Maieſtatis. *l.19.ff. De offic.Præſid.* Veritatem perquiret. arg. *c.nolite timere.86.cauſ.* 11. *quæſt.* 3. Pronunciabit ſecundum conſcientiam. *arg l.fin.C.De LL.* ibi, (Si imperialis Maieſtas cauſam Cognitionaliter examinauerit) *c.* 13. *X. De De Præſumpt.* 3. *Reg.* 3. *v.16. Daniel* 12. *verſ.*48. *& ſeq. Matth* 36. *v.* 24. Perſonarum non acceptor. *Deut.*1. *v.*17. *c.*16. *v.*19. Dubitationes iudiciorum interpretabitur. *l.1.& L.pen.C.De* LL. &c.

Præſtantia & Potentia Imperatoris inde elucet. 1. Quod habet Dominum vniuerſale.

Ad Aquilæ volatum enim meritò reliqua Volatilia quieſcunt, & contremiſcunt, quod quidem Caroli V. Imp. Symbolum, PLVS VLTRA, exprimere ſatagens innuere voluit, hac exegeſi.

Vis vltrà? aſt vltrà non eſt quo progrediaris
Nil vltrà eſt Aquilas, imperijq́; decus.

ARum. in diſcurſ. 2 *ad Aur. Bull. theſ.*12. 2. Legem generalem cum Conſilio Electorum condit. *l.* 8. *C. De LL.* Vide die Reichs abſchiede / *circ. fin.* vbi ferè inuenies hæc verba Impp. ità loquentium. So haben wir vns demnach mit den Ständen deß Reichs / vnnd ſie hinwiderumb mit vns verglichen / &c. 3. Ius poſitiuum tollit. arg. *l.*31. *ff. De LL. l.2. ff. De Conſtit. Princip.* 4 Præmia confert. arg. *l.1 §.1 ff. De Iuſt.& Iur. l.* 7 *in fin. C. De bon.quæ lib.* Ideò ait Fridericus Imp. *in priuilegio Duci Auſtriæ conceſſo.* De fulgore Throni Cæſarei, veluti ex Sole radij; Sic cæteræ prodeunt dignitates, vt primæ lucis integritas memorati numinis nō ſentiat detrimenta, tantoque magis Imperiale ſceptrum extollitur, & tantò magis cura regiminis ſolicitudinibus, quantò tribunal ipſius in circuitu digniores circumſpicit. Vnde fons & culmen omnium dignitatum Princeps dicitur *l.*5. *C. De Dignit. Geneſ. c.*4 *.v.* 41. *Daniel* 2. *v.*48. *Eſther. c.*6. *v.*10 3. *Reg. c* 1. *v.*39. 5. Magiſtratus ordinat. *L.vnic. vbi q; Dd. ff. Ad L. Iul. de Ambit.* Per Henricum 4. Imp. Bohemiæ Dux: Fridericum. 1. Daniæ Princeps Reges facti ſunt: Sic Fridericus Barbaroſſa familiam Auſtriacam, quæ Marchię nomen habebat, cum dignitate in Ducatum euexit, &c. *Matth. Stephani lib.2. De Iuriſd. Rom Imp. p.*1. *c.*1. *membr.*2. 6. Academias inſtituit, & confirmat, Doctores, Licentiatos, Magiſtros. *Prukman. de Regal. cap.*3. *n.*2. 7. Equites, Nobiles, Comites Palatinos,

Tabel,

Digitized by Google

Tabelliones & Notarios creat. *Ioachim. Cluten. in Syllog. rer. quotid. theſ.* 20 8. Naturales legitimos reddit. *Nouell* 89. *c*. 9. 9 Famæ & honoribus reſtituit. *t. t. C*, *De Sent. paß.* 10. Vectigalia erigit. *l* 3. *C. De Vectigal.* 11. Curſus publicos, quos Poſtas appellamus, ordinat & confirmat. *Sixtin. de Regal. lib* 2 *c*. 13 *n*. 42. 12. Spiritum & vitam ciuitatibus dat, gibt daß Statt Recht/ *Clapmar. de Arcan. Rerump. lib*. 1 *c*. 21. *circ. fin.* 13. Ius publicorum mercatuum largitur, & transfert *l*. 1 *ff. De Nund. l. vnic. C. Eod.* 14. Priuilegia ſaluæ guardiæ concedit *l*. 4 *in fin ff. De Pœn.* 15 Ferias generales indicit. *l*. 4. *C De Fer.* 16. Ius monetæ cudendæ, & reprobandæ habet. vid. Reichs abſchiedt zu Augſpurg. Anno 1559. §. Alßdann auch bißhero Reichs abſchiedt zu Augſpurg. 1566 §. Wiewoll &c. 17. Et extremam prouocationem. *l*. 1. §. 1 *ff. A quib. appellare non lic.* 18. Foris bella indicit, & finit, conſenſu ordinum. arg *Iudic*. 4 *v*. 6. & 7. *l*. 24. *ff. De Captiu. & poſtlim reuerſ. proœm. Inſtit. in pr* 19. Legatos mittit; & recipit. vid. *Alberic. in tract. de Legat.* & de reliquis Regalibus vulgò Keyſerliche Hoheiten vnd Reſeruaten/ in *tit*. 56. *lib*. 2. *Feud*. 20. In cauſa propria iudicat. *l*. 41 *ff. De hered. inſtit.* 21. Delinquentes ipſemet interficit. *l. fin. ff. De rer. diuiſ.* Sic Helias culturam Baal vindicauit, ſacerdotes eius interficiendo, Phinees homicidium, Abraam parricidium, & Petrus duo homicidia commiſit, quæ equidem illis reputata ſunt ad Iuſtitiam. *c. Guiliſarius*. 30. *cauſ*. 23. *quæſt*. 4. *c. reos*. 7. *cauſ*. 23. *quæſt*. 5. *c. legi*. 13 & *ſeqq. cauſ*. 23. *quæſt* 8 21. Iurisdictiones concedit. Sicut enim ex Oceano flumina fluere, & ad eundem refluere dicuntur, ita ab Imperatore in ius dicentes, per Inueſtituras, conceſſiones, confirmationes & commiſſiones, fluit, & ad eundem per appellationes, nullitates & querelas refluit omnis iurisdictio. *Gilhauſ. in arb. iudic. p*. 1. *c*. 1. *n*. 1. Et mixtum Imperium, cuius tres gradus. 1. in quibus natura Imperij, & Iurisdictionis pariter elucet. 2. Eorum, quæ ſunt magis Imperij. *l*. 26. *ff. Ad Municip. l*. 4 *ff. de damn. inf. l*. 1. § 3. *ff. De inſpic. ventr.* 3. Quæ magis ſunt iuriſdictionis, vt electio der Richter vnd Schöppen *Stuck in Exegeſ. iurid. concluſ.* 4. *Lit. c.* Denique Merum quoque Imperium, cuius tres itemque claſſes conſtituuntur. Ad primam refero, cum vel primò vita naturalis facinoroſis adimitur, vt fit pœna Crucis. *l*. 38 §. 2. *vbi Gothofr. ff. De Pœn.* Furcæ. *l*. 28. §. 15. *ff. Eod.* Cremationis. *l*. 8. §. 2. *ff. Eod.* Decollationis. *Gothofr. ad l*. 28.

Digitized by Google

in pr. Lit. o. ff. Eod. ſubmerſionis. §. 6. *Inſt. De Public. Iud.* Ad Secundam: cum libertas & ciuitas amittuntur, damnatione ſc. ad metalla. *§. 1. Inſt. De Capit. minut. l. 6. §. 2. ff Ad l. Iul. pecul.* Ludum *l. 8 §. 11. ff. de Pœn.* beſtias *l. 31. ff. Eod.* carceres perpetuos. *c. quamuis. 3. de Pœn. in 6.* Siue ciuitas tantum, vt deportatione. *§. 2. Inſt. De Cap. deminut.* Tertius gradus ad exiſtimationem pertinet, & modicam corporis coercitionem continet, vt membri amputatio. *l. 10. ff Qui teſtam. fac. poſſ.* relegatio. *l. 28. §. 1. ff. De Pœn.* incarceratio. *l. 1 ff. De Cuſtod. reor. l. 14 in pr. ff. De offic. præſid.* fuſtigatio. *l. 5. C. Ex quib. cauſ. infam. irrog.* Ad lapides ſcandali portatio. *Mynſing. conſil. 16. n. 25.* Verberatio. *l. 7. ff. De Pœn.* Stigmatum impreſſio. *l. 1. § fin. ff. De Fugitiu.* hodiè ſublata. *l. 17. C. De Pœn.* &c.

CAMERA Imperialis.

QVæ tempore D. Maximiliani. 1. Circa annum Domini. 1495 *Geil. lib. 2. c. 1. n. 28. De Pac. public.* (quo ἐκχειροδίκεις) nach Fauſt vnnd Kolben/Recht/ ferè omnia ab inſolentioribus, Principe longius abſente, agerentur.) inſtituta, in Comitijs VVormatienſibus, vt certa quaſi officina eſſet, ad quam velut ad oraculum, aut Amphyctionicum iudicium omnes cauſæ grauiores deferrentur. *Dreſſ. in Hiſtor. Maximil.* quo preſſi læſique tutum haberent refugium: breuique poſt, eodem anno Francofurti feliciter inſtitutæ rei initium factum; quatenus recepto à Iudicibus, & Aſſeſſoribus ſolenni Sacramento, ijs cauſæ & negotia, perorante generoſo Domino Vito à Wolckenſtein / grauiſſimâ oratione diſceptanda, diiudicandaque pridiè Calend. April. demandata, tertioque poſt die publicata audientia ipſo Imperatore & Proceribus Imperij præſentibus publicè haberi cœpta eſt: Verum quod nihilominus ex vno in alium locum ſubinde, collegium transferretur, & ita deambulatorium eſſet, conſtitutum tandem eſt, vt Spiræ perpetuum fixumque maneret. *lib 1. Ordinat. tit. 49. in pr. & lib. 2. tit. 34. Comitijs Auguſt.* 1548. Inſtituerat quidem longè antè Anno. 1147. Rothvvilenſe dicaſterium daß Rohtweiliſche Hoffgericht Conradus Sueuiæ Dux, cum poſt Lotharium Saxonem Romanorum Rex creatus eſſet, ita vt ab Imperatoria aula & Conſiſtorio Rothvvilenſi proximum eſſet, concedendo pro ſe ſuisque ſucceſſoribus Impp. vrbi hoc priuilegium, propter fideliſſima accepta beneficia, præſtitamque ab ea operam contra dictum Lotharium

rium, quo cum diſſentientibus &c. votis, ſimul electus fuit Imp. poſt Henricum 4. tunc enim, quod Lotharius ſuperior eſſet, ille cedere coactus fuit, donec defuncto hoc, iterum plenioribus numeris vnanimiter & nominatus & confirmatus imperium obtineret. At ſanè inſtitutæ à D. Maximiliano Cameræ longè maior & authoritas & potentia ac prudentia tributa eſt. Eſt enim non minus, quàm aula Cæſarea ſummum Principis & ſtatuum iudicium Das Käyſerlich vnd des Heyligen Reichs Cammergericht. Ita vt ipſum Imperatorē, quoad Iuſtitiæ adminiſtrationē repræſentet, & concurrentē cū eo iuriſdictionē habeat ab Ordinatione Imperij *p. 2. tit. 35. Ordin. Cameræ.* daß dem Cammergericht ſein freyer ſtarcker lauff gelaſſen werde. Superiorē non agnoſcēs, & à qua appellari non poteſt. *Ordin. p. 1. tit. 3.* Et per Aſſeſſores iudicata, per ipsū Imp. iudicata cēſentur. arg. *l. 1. § 6. C. de veter. iur. enucl.* Vnde etiam reſcripta, mandata, commiſsiones, &c. Cameralia omnia ſub nomine & ſigillo Principis, hoc eſt Cæſaris decernuntur. *Petr. Frider. Mindan. in Epiſt. dedic. præfixa tract. de Extrah. proceſſ.* Conceſsit tamen hanc iuriſdictionem Cameræ Imp. cumulatiuè, non priuatiuè, ne ſit inter ſuos ſubditos, quaſi Ziphra, aut Rex fabarum, ſeu Scaccorum. *Theodor. Niem. in Otthon 2. Schol. vlt. de priuileg. Imp.* quocirca, cum Maximilianus 2. Anno 1570 Comitia in vrbe Spirenſi celebraret, haben Cammer Richter vnd Beyſitzer jhrer Maieſtät den Gerichtſtab vnterthänig præſentirt. Gründtlich vnterricht/ob der Käiſerlicher Hoffrath mit dem Cammergericht *concurrentem iuriſdictionem* habe. Iudices Ordinarij in Camera Imperiali, ſunt Præſes & 25. Aſſeſſores. *Geil. 1. obſeru. 33. n. 1. & c. 41. per tot. & n. 5.* Reuiſores tamen, qui vocantur, tales eſſe non putem Cammergerichts Ordnung. *p. 2. tit. 53. §. 1. & §.* Darauff ſollen. Hic obſeruandum, quod hodie in terris Imperij certus modus eligendi & habendi iudices primæ inſtantiæ deſcriptus eſt, ad cognoſcendum de litibus motis inter Electores, Duces & Principes, vel ſi hi conuenire velint Prælatos, Comites, Barones, aut Nobiles immediatè Imperio ſubiectos: aut viciſsim hi, vel ciuitates, ciues, ruſtici conuenire velint Electores, Duces, Principes: Denique ſi ipſi Prælati Comites, Barones, Nobiles vel ciuitates Imperiales ſe mutuò conueniant. *vid.* Cammergerichts Ordnung *p. 1. c. 2. 3. 4. & 5.* atque hi modi ſunt conſtituendi iudicij, qui paſsim des

heiligen Römiſchen Reichs Außträge. nominantur Quæ tamen conſtitutiones, vtpote generales, non porriguntur ad feuda, nec ad perſonas, aut cauſas, quæ peculiari aliquo priuilegio gaudent. Die Jhre ſonderliche gewillkhurte Rechtliche außträge gegen einander haben/ *Ordin. Cam. d. cap. 2. in pr. & lib. 2. cap. 6. §* doch einem jeden/ Schrad *tr. feud. p. 10. ſect. 5. n. 46. & ſeqq.* Huc etiam refer, das Weſtphäliſche Gericht / de quo *Suhard.* in l. 1 *n. 17. C. de hered. inſtit.*

Reges.

ORigo Regum à Deo eſt. *Num. 27. c. Si ergo. 16. cauſ. 8. quaſt. 1.* qui miſſi ſunt ad laudem bonorum, & vindictam malefactorum *c. magnum. 28. q. 1. in fin 1. Pet. 2. c. non fruſtra 18. c. Regum. 23 cauſ. 23 quaſt. 5.* Proinde rectè miniſtri Dei cenſentur. *c. Dominus. 2. cauſ. Ead. quaſt. 2.* Et primus Rex à Deo per manum Samuelis inunctus eſt, 1. *Reg. 10. in pr.* Sic quoq; eſt creditum eſt, vt Reges Franciæ inungantur oleo, vel chriſmate cælitus demiſſo, per columbam, in ampullam, Remis, in Monaſterio S. Remigij, qui primum Regem Franciæ baptizauit, vnde Chriſtianiſsimus nuncupatur, curat quoſdam morbos, quos Scrofulas appellāt. Inter oēs Reges quoq; maximus Rex eſt, Philippus 4. Hiſpaniarū Indiarumque Rex, nam vbi Rex Franciæ Chriſtianiſsimi nomine irradiat, ille Catholici præfulget. *Lancellot. Cunrad. lib. 1. cap. 2.* De *Rege §. 3. n. 12.* præeminentias plures cumulauit. *Vaſq. in præfat. illuſtr. controuerſ. n. 17. & ſeqq.* Ab initio quidē omnes paruerunt Imperatori, ſed Aquila biceps effecta, manente vno capite, in Eccleſia Occidentali, & altero in Eccleſia Orientali. *Munſter. in Coſmograph. vniuerſ. lib. 3.* deplumata, & nobilia eius membra ſæpius auulſa ſunt. Per Exemptionem Italiā ſibi vindicat Rom. Pōt. titulo donationis. *c. Conſtantinus. Diſt. 46* Hiſpaniam inuaſerunt Gothi pro libertate contra Romanos. *Parlad. lib. 1. rer. quotid. cap. 3. &c.* vide *Zach. Vietor. de cauſ. Exempt. concluſ 2.* conqueſtus eſt hoc Imperator. Daß das H. Reich an ſeinen gliederen nicht allein von frembden Potentaten mercklich geſchwecht/ ſondern daß ſich auch etliche ſelbſt dauon abſonderen/ viel Prælaturen/ Graff/ vnd Herſchafften/ auch Fürſtenthumben/ durch allerley mittel dauon entwendet / Zertheilet/ vnd dermaſſen zertrennt/ daß man jhrer anſchläg nicht habig ſein kan/ ja auch gantz auß der Matricul verlhoren werden/ R. A. Anno. 1570. §. alß wir dan

Digitized by Google

dan weiters & Anno 548. §. Dieweil auch etliche. Priuilegia tamen exemptionis pleno conſilio Electorum ſalua ſuprema iuriſdictione Cæſaris. cóceduntur *L. fin. C. Ne rei dominicæ, vel templorum. l. 6. C. De Operib. publ.* vti olim Ilienſes. *L. 17. §. 1. ff. De Excuſ. tut.* Cæſarienſes. *L. vlt. ff. de Cenſib. Nouell.* 103. Rex Perſarum. *L. 4 C. de Commerc. & mercat.*

Præſcriptione longiſsimi temporis amittitur iuriſdictio, & præſcribenti in contrarium acquiritur: priuatiuè, non cumulatiuè, daß der jenig wider den die verjhärung angezogen wirt / an der gerichtbarkeit nichts behelt / *c. irrefragabili. in pr. verb. exceſſus. de offic. Ord.* quod tamen in Imperatore ſecus eſt, niſi nominatim iuriſdictione ſe abdicet, vel aliquos eximi à ſua iuriſdictione patiatur, de quali exemptione vniuerſali Veneti gloriantur, ſed malè. *Treutl. vol. 1. diſp. 3. theſ. 7. lit C. & theſ. 12. Lit B.* Alia eſt exemptio, ad primã tantum inſtantiam ſpectans, qua in Camera Imperij plures ad declinandum forum vtuntur. *Frider. lib. 2. de proceſſ. Cam. extrah.*

Huc referri poteſt ſumma Patritiatus dignitas. *L. fin. C de Conſul.* & illi, qui ſunt ex fraternitate Regia, Aurei ſc. Velleris in Hiſpania, qui Ordo Anno 1429. à Philippo Burgundiæ Duce, (qui cognominatus eſt Bonus) inſtitutus: perinde enim, vti olim Iaſonis ſocij ad expeditionẽ claſsicã ad Colchos, velleris aurei ſpe atque dignitate, extimulati ſunt, ita recepit Author ille 24. Heroas, quorum præter cæteros nobilitata erat animi magnitudo, virtus & induſtria: Cauſa inſtitutionis fuit firmamẽtum Eccleſiæ, quod & Epitaphium indicat.

Tuta à nobilibus quo Eccleſia firmior eſſet;
Nobilis inuentus velleris ordo mihi eſt.

Ordo hic appellatur Toſoruus & Equeſtris ordinis Senatus. Alter eſt. S. Michaelis in Gallia inſtitutus à Ludouico 11. Tertius aureæ periſcelidos in Anglia, ordinatus ab Edoardo 3. Rege, ex ridicula cauſa: Inſcriptionem hãc habet. [Honi ſoit qui mal' y penſe.]

ELECTORES. ET VICARII.

QVorum ſeptem inſtituti in Imperio Romano, ad numerum ſeptẽ Principum in Perſiæ regno. *Dreſſer. in vita. Othonis tertij* ab Imp. Othone 3. ſubſecuta confirmatione à Sylueſtro 2 Papa 149. Anno Chriſti 99. vel 97. vel 98. vel tempore Rudolphi I. vel Friderici Barbaroſſæ.

Peucer.lib.4.Chronic.pag.769. Alij putant vſurpatione & antiqua conſuetudine. *Aur.Bull.tit.1.* quatuor laicis tres Eccleſiaſtici additi ſunt, vt tribus Electoribus ab alijs tribus diſsidētibus quartus oēm diſſenſionē & diſcordiam tollere poſsit, & Eccleſiaſtici præcipuè res ſacras tractādo, Chriſtianæque religionis puritatem tuendo: Politici verò conſilijs armiſq; Remp. iuuarent. *Heig.q.4.n.61.lib.1.* dicuntur ſeptem candelabra aurea Imperium Romanum illuminantia, ſunt pars corporis Imperatoris *L.5.§.1.C.Ad.L.Iul.maieſt.* æquiparātur præfectis Prætorio, obtinent regiæ dignitatis gradum, citra nomen & inſignia. *Heig. q. 4. n 51.* Nomen, & officium hiſce continetur verſiculis.

Moguntinenſis, Treuirenſis, Colonienſis,
Atque Palatinus dapifer, Dux *Portitor enſis,*
Marchio præpoſitus Cameræ, Pincerna Bohemus,
Hi ſunt qui faciunt Dominum per ſecula ſummum.

Porrò, ne Imperatore mortuo depoſito, reſignante, aut extra Germaniam proficiſcente tempore interregni Reſp. detrimenti quid patiatur Carolus 4. cōſtituit *tit.5.Aur.Bull.* vt Comes Palatinus ſit vicarius. in partibus Rheni, Sueuiæ & in iure Franconico, Elector Saxoniæ, vbi ius Saxonicum ſeruatur: Et inde totum Imperium adminiſtrant hi duo Electores, præ alijs meritò *Clariſsimus Dn. Affinis Iuſtus Sinoldt, cognomento* Schuz *de vicarijs eorumq; poteſtate theſ.6.* iuriſdictione ordinaria muniti, *arg.L.6.ff.de Iuriſd.* iudicia exercent Cameræ Imperialis, *Aur.Bull.tit.5.* & Aulæ Cæſareæ. *Thom.Michael. de iuriſd. Concl.* 28. appellatione remota, in omnibus cauſis, quæ inibi exerceri ſolent. *Aur. Bull.tit.4 5.* Habent poteſtatem ad beneficia Eccleſiaſtica præſentādi. *Gail.2.obſ.155.* prouentus Imperij colligendi. *d.t.5. Aur.Bull.* de feudis iuramenta fidelitatis nomine & vice Imperij recipiendi. *ibid.* Excipiūtur Feuda regalia. quorum collatio ſoli Imperatori competit. *d.t.5.* cum cognitione iudiciali. *Receſſ.Imp.de Anno.*1521. ſub rub. Römiſch Käyſer. Regiment. §. Ob auch ſachen. Extinguit vicariatum, noui Imperatoris Electio *d.t.5.* & reditus Imperatoris. *arg.c.ceſſante. De Appell.* Affinem dignitatem Electoribus tribuit Henricus 2. Imp. Epiſcopatui Bambergenſi, ſc. vt Principes Germaniæ, illius vaſalli habeantur, & Electores

Imperij

Digitized by Google

Imperij feuda, quæ Electorali nomine ac titulo habent, inde accipiūt. *Dreſſ:r. in Vit. Henr. ſecundi.*

ARCHIDVCES.

ITa non inter Ducum filios primogenitus frater, arg. *c. Cleros. diſt.* 21. ſed ſoli Auſtriæ Duces, maiorem cæteris ducibus dignitatem habentes appellantur, quia prærogatiuas habent, quibus partim electoribus pares ſunt, partim ſuperant; vt puta, noua vectigalia propria authoritate inſtituunt, & non ſolum Nobiles, ſed etiam Comites & Barones creant, iiſque inſignia dare poſſunt, famæ reſtituunt, ſpurios legitimant, omneſque conceſſis dignitatibus abutentes iiſdem priuant, *Cluten. in Sylloge. theſ.* 25. etiam ius Archiui habent. *Ruland. de commiſſ. c.* 3. *n.* 23. *vid. Munſter. lib.* 3. *cap.* 399. Fridericus Barbaroſſa familiam Auſtriacam, quæ Marchiæ nomen habebat, cum dignitate in Ducatum euexit. *Matth. Steph. in lib.* 2. *de Iuriſd. Rom. Imper. p.* 1. *c.* 1 *membr.* 2. Rudolphus I. Comes Habspurgenſis cum Auſtria ſuo tempore legitimo herede deſtitueretur, eam Imperio vindicauit, & filio Alberto conceſsit, vnde Archiducum Auſtriæ Origo. *Cluten. in Sylloge. theſ.* 20. *Lit. m.*

Duces & Principes.

PIngūtur Birro, *c. ſi virorum. Diſt.* 30. ſine Coronæ Ornamento, quia hæc regali ſplendori conceſſa, niſi aliquando, vt Mediolanenſis. Pannoniæ ſuperioris, Burgundus. Et ſunt qui à Principe de Ducatu inueſtiti. 2. F. 10. 1. F 14. qui pluribus Comitibus præſunt, & Archiepiſcopis comparantur. *Lancellot. lib.* 1 *c.* 4. *n.* 3. Germanis Hertzogen/quaſi Herrn deß zugs/vt ſunt Duces Bauariæ, Burgundiæ. Lotharingiæ, Palatinatus, Saxoniæ, Iuliæ, Brunſuigæ, &c. Sunt dignitate Marchionibus maiores, præferuntur Ambaſciatoribus Regis. *Lancellot. cit. loc.* Principes in genere Imperatores dicuntur. *§.* 6 *Inſt. de Iur. N. G. & ciu.* & omnes qui maiorem dignitatem regalem habent. *tit.* 55. *in pr. lib.* 2. *Feud.* ibi [*Principibus Italicu.*] In ſpecie dicuntur illi qui ſpeciale dignitatis regalis nomen non habent, vt Principes Anhaltini, die Fürſten von Anhalt. *Cluten. in Sylloge. theſ.* 26. *Lit. C.*

Digitized by Google

COMITES PALATINI, LANDGRAVII, Marchiones, Burggrauij.

IN Germania Comites Palatini ad tantam dignitatem & eminentiã euecti ſunt, vt qui ad Rhenum ſunt, non ſolum ſint Principes, ſed etiã inter ſeculares Electores primas teneant. Habuerunt Impp. Palatia ſua in magnis ciuitatibus, vt Romæ, Conſtantinopoli. *L.* 17. C. *De Operib. publ. L.* 2. *§* 10. C. *De Veter. iur. enucl.* Sic etiam in Germania variæ ſunt ciuitates, in quibus Impp. ſua habuiſſe palatia conſtat. AQVISGRANI: *Friſing. in Chronic. lib.* 5. *c.* 33. *lib.* 6. *c.* 19. GOSLARIAE: NORIBERGAE, cuius meminit Fridericus. 1. *in ſua Conſtitutione. De Incendiarij., & pac. violatoribus. Aur. Bull. tit* 25. §. *Inuenimus.* Landgrauij, ſunt Prouinciæ præfecti, eorum recenſentur quatuor in Imperio Romano-Germanico, Thuringiæ, Haſſiæ, Alſatiæ, Leuchtenbergenſis. Landgrauios Haſsiæ propagarunt Duces Brabantiæ ex Louanienſi origine. *vid. Peucer. lib.* 5. *Chronic. pag.* 697. Marchiones ſunt, qui Marchiam ſub titulo Marchiæ adminiſtrandam acceperunt, appellati à Marck, id eſt limite. *Vult.* 1. *Feud.* 4. Quorum ſimiliter quatuor ſacrum complectitur Imperium. I. Marchionem Morauiæ, qui Marchionatus regno Bohemiæ annexus eſt. (2. Marchionem Miſniæ, (3 Brandenburgenſem. (4. Badenſem. *Heig. p.* 1. *q.* 2. *n.* 52. Burggrauij ſunt Artis præſidijque præfecti. *Cuiac.* 1. *F.* 1. iudices in terris, quæ Impp. donatione Eccleſijs acceſſerunt. *Peucer. chron. lib.* 5.

COMITES.

COmitis imago Marchionem ſubſequebatur, eodem veſtium ornatu inſignis. Aliquando dicti, qui in Commentario. vel curia Principis eſſent, & qui cum Imp. vel Rege commearent, cumque vt ſocij comitarentur. *L.* 15. *§.* 16 *ff. de Iniur.* Progreſſu temporis factum eſt, vt Comitis nomen de omnibus negotio alicui propoſitis vſurparetur. Vnde Comes ſacri conſiſtorij, Comes ſacrarum largitionum, Comes rerum priuatarum, Comes ſacri Palatij. *tit.* c. Verùm enim vero, Cum Caroli M. & inſequentium quorumdam Impp. temporibus, non ſolum ad ſingulas

Digitized by Google

gulas prouincias, ſed etiam ciuitates ablegarentur Comites. *Cuiac. in parat. C. lib. 1 c. 32* Cœpit iuriſdictio territorium & diſtrictus, cui præficiebantur, Comitatus dici. *Pratei. verb. Comitatus ſacer.* qui Comitatus feudi iure poſtea permittebantur, & quidem vt ad heredes tranſirent. Cuius authorem in Germania Ottonem. I. referunt, *Knichen. de iur territ. c. 1. n. 17.* Eiuſmodi Comites cum comitatu tanquam ſtatus Imperij ad Comitia Imperij vocantur, ita tamen, vt totus ille Ordo Comitum, in Comitijs Imperij duorum duntaxat habeat ſuffragia: Et quidem vnum ſuffragium, ſeu votum habent Comites VVetterauici, alterum Comites Sueuici. *Matt. Stephan. de iuriſd. n. 114.*

BARONES.

VOx eſt controuerſa ratione Originis. *Tholoſ. lib. 6. Syntag. c. 10. n. 6.* adeò vt ipſo ſono quibuſdam barbara viſa fuerit, *Heig. p. 1. q. 2. n. 54.* Plerique deducunt à Græco βαρὺς, quod eſt grauis, ita dicti à grauitate vel fortitudine. Alij à Græco βάρος, quod ſignificat Latinis pondus. Alii deriuant à Germanico Banner. Nonnulli ab Hebræorum BAR, quod eſt, Filius: Alij dictos eſſe volunt Barones, quaſi pares, ſc. Comitibus, à quibus tantum diſtant, quantum Licentiatus à Doctore. *Mozz. De Feud. C. De his qui feud. dar. poſſ. n. 16. verſ. Capitanei.* Vel à Pharaone, teſte *Beurero in Hiſtoria.* quæ vox ſignificat vltorem & vindicem, nec eſt nomen perſonæ aut familiæ, ſed officij. Germanicè dicuntur Freyherren/ quaſi liberi Domini, fortaſſe quod liberum ipſis ſit, Comites fieri, quandocunque placet. *Vultei. de feud. lib 1. c 4. n 14.* Barones autem non ſunt vnius generis. 1. Quidam enim ſimpliciter dicuntur, Freyen/ vnde in *Receſſibus Imperij* ſæpe legitur. Fürſten/ Grauen/ Freyen/ (2. Dicuntur Freyherren/ 3 Sunt Semperfreyen/ 4 Simpliciter Herren/ 5. Edle Herren/ 6. die Edle. *Tob. Paurmeiſt. de iuriſd. c. 10. n. 30.*

NOBILES.

NObilis dicitur, vel quaſi NON BILIS, quatenus ſoror Nobilitatis eſt humilitas. *Chaſſ. in Catalog. glor. mund. 8. Conſid. 32.* Alijs imitatione Stoicorum, quaſi NOBIS LIS, ac ſi faſtus nobilitatis ſit pediſſequa. *Saluſt.*

Saluſt. de Metell. in Iugurt. c. 64. Alijs quaſi non VILIS. *Tholoſ. in Syntag. art. mirab.* eò quod Nobiles & viles. *in Auth. Præſides. in pr. C. de Epiſc. aud.* opponũtur. Alijs deniq; à Noſcẽdo, quaſi Noſcibilis. *Tiraq. de Nobili. c. 2. n. 3.* Germanicè vocatur ein Edelman/ à Germanico Adel/ quę vox probabiliter vel ab Adler deſcẽdit, quia vt Aquila altius volatu penetrando omnes aues, longo poſt ſe interuallo relinquit. Ita & Nobiles virtutum gloria cæteros hominum Ordines longè antecellunt. Alij ab Hebræo Arſilim. vel Gadal, id eſt, Optimates, Alij à Græco Ἀθλος, quod bene meritum denotat. *Beſold. lib. 1. Polit. c. 11. §. 6. n. 38* Alij è Latino AEdili deducunt. Dicitur Germanis Ein Juncker/ quaſi Jung Herr, hoc eſt ætate & robore iuuenili pollens heros: Saxonibus Schufft/ quod honorificum potius, quam ignominioſum eſt: Deſcendit enim ab Hebræo Schuftim, quod Iudicem ſignificat. *Nolden. de Stat. Nobil. concluſ. 2.* Sumitur autem hoc vocabulum modo γενικῶς, quatenus eo nomine ſalutantur omnium Ordinum Principes. *Paurmeiſt. lib. 2. c. 11 n. 12.* Quapropter Henricus 4. Rex Galliæ Anno 96. in Comitiis Rothomag. benè dixit. De ma braue & genereuſe Nobleſſe ie nè diſtingue point mes Princes, pour eſtre noſtre plus beau tiltre Foy de Gentilhomme. *Hiſtoir. des dernieres troubles de France. liu. 5. p. 68.* Nobilium enim titulus olim Ducibus Comitibus, Baronibus tribuebatur. *Rittershuſ. in proleg. ad comm. Feud.* & primogenitus Daniæ olim vocatus fuit, Juncker Otto von Dennemarck/ Spangenberg *in Chro. Henneb. lib. 5. c. 5.* In ſpecie definitur Nobilitas dignitas, beneficio Principis ſeu legis Plebeũ per gradus legitimè erigens. *Baro. lib. 2. de Feud. c. 4. & lib. 3. de Nobil. c. 2.* Cauſa eius efficiens eſt Princeps iure Maieſtatis ius Nobilitandi exercens. *L. 5 C. De Diuerſ. Reſcript.* Rex in regno ſuperiorem non recognoſcens. *Tiraq. de nobil. c. 6. n. 6.* Electores, Duces, Marchiones, aliique Imperij Romani Principes, quoad ſuos fines, *Schrad. de Feud. p. 10. ſect. 1. n. 34. tom. 2.* imò extra. *arg. L. 2. ff. De offic. Pro conſ. L. 17. in fin. ff. De Man. vind. L. pen. C. De Emanc. lib. Nolden. cit. loc. c. 2. per. tot.* Materialis cauſa eſt homo idoneus, quem virtutum ornamenta probãt. arg. *L. 1. C. De Cond. in publ. horr.* honorum decora & inſignia commendant. *L. fin. C. Ad L. Iul. repet.* Scalæ duæ vna Sagata, altera Togata. *Beſ. de Paſſ. famil. illuſtr. c. 10. p. 721. arg. proœm. Inſt. L. 1. in pr. C. De Non.*

It.

Iuſt. Cod. confirm. Non igitur flagitium nobile nobilitat. *Obrecht. de Regalib. tit. 4. theſ.* 109 Non ſola gratia *Nolden. c. 3. theſ.* 23 Non diuitiæ, arg. *L. 7. C. De Inceſt. Nupt.* Sic Scaurus fuit Nobilis & Pauper. *Plin. in lib. de vir. illuſt.* Sicut tamen fides ſine operibus eſt mortua, ita & Nobilitas ſine diuitiis. *Curt. in tract. de Nobilit.* Cauſa Formalis Nobilitatis talis eſt. Qui ius Nobilitandi exercet, aliquem è plebeijs eximit nobilitando, vel expreſsè, vel tacitè. Expreſſè, quando vel verbis ſolennibus, vel collatione diplomatum voluntatem ſuam declarat. *l. 3. §. 2 C. vbi. Senat. vel Clariſſ.* Wan einem von wegen ſeinen dapferen Thaten ein Wapenbrieff mit getheilet wirt. Tacitè, quando ſine Creatione ſolenni, vel collatione diplomatum de ſua dignitate participat. *Bart. in l. 1. col. vlt. C. De dignit.* vt ſi Princeps quem lateri ſuo adhærere ſinat. L. *vlt* C. *De Excuſ. tut.* vel tanquam Cancellarium & Conſiliarium Palatij aſſumat. *L. 8. ff. de Senat.* Finis eſt, vt dignitatum ordo ſeruetur. *tt. C. vt dign. ord. ſeru.* & virtuti debitum conſtituatur præmium. *arg. L. 5 § 3. ff. De Iur. immun. l. 4. C. De ſtat. & imagin.* Nobilibus æquiparantur Ganerbij, die Gan Erben/oder Burgkmanne. Sunt, qui tempore eo, vbi vis potior erat iure, Da das Fauſt Recht im ſchwang gieng / & itinera erant minus tuta virtuti potius, quam rapinæ ſtudentes, confecerunt ſibi arces, in quibus cum familijs & rebus ſuis pretioſioribus ab aliorum inuaſionibus eſſent tuti. Quod vt magis eſſent, fraternitates & Confœderationes cum alijs contraxerunt certis legibus, quas appellarunt, den Burg frieden, *Stuck. in Exeg. Iuriſd. Concluſ. 7. lit. A.*

Nobiles, ſi hodiernum Imperij Romano-Germanici ſtatum ſpectemus, quidam Imperio directè parent: quidam Principibus & Ordinibus ſubiecti. Inter hos variæ ſunt differentiæ, ſecundum varias regionum conſuetudines. In Franconia alij ſunt Lehenleuthe: alij Landtſaſſen. Hi ſunt deterioris conditionis, quàm die Lehenleuthe. Nā die Lehenleute coram Domino non, niſi ratione cauſarum feudalium comparent: in alijs cauſis alios iudices ſingulares habent, vel iudicium Rothvvilenſe, vel aliud. Sed die Landtſaſſen indifferenter ratione omnium cauſarum etiam non Feudalium, coram Domino comparere tenentur. Liberi Nobiles immediatè Imperio ſubiecti, Die Freye vom Adel / die Freye Ritterſchafft/die Freye Ritterſchafft welche ohn mittel der Käyſerlichen

Digitized by Google

Maieſtädt/vnd dem Reich vnderworffen R. A. Zu Augſpurg. Anno 1555. §. vnd in ſolchem frieden/à loco in tres claſſes diſtribuuntur. Franconicam, Sueuicam, & Rhenanam R. A. Zu Augſpurg Anno 1500. tit. Waß man mit der Ritterſchafft.

CIVITATES.

QVædam ſunt Imperiales, quædam ſubditæ, vulgò Prouinciales, & quædam Mixtæ. Liberarum Imperium eſt in ſemetipſas *L. 7 ff. De Captiu. & poſt. reuerſ.* Ita ex Pace Conſtantiæ Ciuitates Italiæ habent, vt nullum alium ſuperiorem recognoſcant. *Sub. in tit. c. Non. vect. g. inſtit. non poſſ. ſub rubr. n* 4. Reſp. Venetorum. *Muſcor. de Iuriſd. n* 29. Genuenſis *Menoch. conſ. 2. n. 59.* Eſt tamen differentia, inter Ciuitates Imperij liberas, & ſimpliciter Imperiales, vnter den Reichsſtätten / vnd denen ſo ſich freye Reichsſtätte nennen. Sed in Imperij Conſtitutionibus & Catalogo ſtatuum ijs adiuncto, ac in matricula Imperij, vtraque per copulã, Et, coniunguntur, ac Freye vnd Reich Stätte indiſtinctè appellantur. Gradus tamen libertatis Ciuitatum ad Imperium pertinentium, ex eo proueniunt, quod vel ab initio quædam maiori libertate donatæ, vel poſtea temporis ſucceſſu priuilegia magis illuſtria promeruêre. Et ſic Ciues Colonienſes, in formula homagiali, qua Regi Romanorum ſemet deuinciunt Ciues liberi vocantur, verba ita ſonant, Dieſen Tag heut/vnd dieſen tag alle/vnd von dieſen Tag Fort/Wir Freye Burger von Cölln/gelobẽ vnſerm liebẽ Herrn/H. N. Römiſchẽ König/getrew vnd holt zu ſein/Behaltniſſe vnß/vnſeren Weiberen/ vnd vnſeren Kinderen / vnſer Statt von Cölln/Recht vnd Burger Freyheit / ſonder argeliſt: vt habent ſtatuta Concordata. Der H. Freyen Reichs Statt Cölln. *fol. 5. & ſeqq.* Itidẽ in dẽ Huldigungs brieff Königs Sigiſmũdi eadẽ Ciuitas Nobilis indigitatur: Burgermeiſter vnd Rhat/vnd die Burger der Edlen Statt Cölln. Mox ſubiunctum inuenitur. Daß die vorgeſchriebene Statt/vor anderen Stätten in Deutſchen landen Edler fundirt/vnd dieſelbe Statt mit mancherhande freyheiten vnd Ehre/ baven alle mannigfältig gezeichnet ſey. *Beſold. de iur. & Imp. Imper. ciuit theſ.* 5. Hæ Ciuitates liberæ inter ſtatus Imperij referuntur. *Aur. Bull. c.* 14. ad Comitia Imperialia vocantur, ſub hac verborum formula. Mit vnd neben allen anderen Ständen

helffen

Digitized by Google

helffen handlen/ Rathſchlagen vnd ſchlieſſen/ ibique ſeſsionem habent, ac nominatim in die Reiniſche vnd Schwäbiſche Banck diſtribuuntur, & votum non ſolum conſultiuum, ſed & deciſiuum habent. *Beſold. cit. loc. theſ.* 7. Eadem incommoda ferunt, quæ Electores Principes. *Obrecht. de Iuriſd. c.* 6. *n.* 77. Cum alijs Principibus confœderationes inire poſſunt. *Arum. theſ.* 9 *ad d. c.* 14. *Aur. Bull.* Habent iura territorialia Landts Obrigkeit/ aber nicht Landsfürſtliche Obrigkeit. *Math. Steph. lib.* 2. *De Iuriſd. Rom. p.* 1. *cap.* 7. *n.* 13. *& ſeqq.* Ex hiſce Ciuitatibus, tum etiam Imperio quibuſdam extraneis ſocietas exiſtit Anſeatica, ita dicta, quaſi der Händelſtätte/ vel quaſi See vnnd am See Stätte/ quod maxima pars an der See ſita ſit, vel quia ipſarum Optimates ſunt magni Hanſones, groſſe Hänſe. Ea ſocietas vnde cœperit, & quomodo creuerit, vid. *Chytr. in Chron. Saxon. lib.* 23. *fol* 608. *in Chronol. p.* 331. Primum in tres, poſt accedentibus Ciuitatibus Prutenicis in quatuor claſſes eſt diuiſa ſeu metropoles. Lubecam, Coloniam, Brunſuigam & Dantiſcum. Fuerunt olim numero 83. Anno Chriſti. 1494. LXII. & Anno 1554. LXIII. Hodie is eſt deminutus, quædam fœderi renunciarunt, quædam ſunt etiam eiectæ. Vt Brunſuicenſes, de Anno 1393. Colonienſes de Anno 1475. Illi quando & qua acerrima pœnitentia ſint reſtituti Lubecæ, ſcribit. *Cranz. lib.* 9. *Vandal. c.* 7. Hi ad inſtantiam Impp. & Archiepiſcopi Colonienſis facta prius ſatisfactione. *Cranz. lib.* 15. *Vandal. c.* 22. Quæ verò ob cauſas in receſſu Anno 1518. expoſitas vel eiectæ ſunt, vel renunciarunt excluſæ manent & adhuc ſunt, vt Stendalia, Soldtwedel / Berlin/ Brandenburg/ Francofordia ad Oderam, Vratislauia, Cracouia, Hall/ Aſchersleben/ Quedlinburg/ Halberſtadt/ Helmſtadt/ Kyll/ & Northeim. *Polyd. Virg. lib.* 16. Emporia ſumma, in quibus collegia tenent, ſunt quatuor: Lundinenſe in Anglia: Burgenſe in Flandria, Anno 1488. Antvverpiam translatum: Nouogardienſe in Ruſsia, expirans Anno 1494. ex tunc Reualiam, & inde Neruam delatum: & Bergenſe in Norvvegia, quod adhuc vetera veſtigia retinet. *Polyd. Virgil.* 10 *hiſtor. fol.* 314. Quotannis Lubecæ conueniunt, vbi Archiuum ſuum habent. Confœderatio hæc non ab Imperio vel Imperatore introducta, eiuſque leges potius pacta quam ſtatuta ſunt. *Ruland. de Commiſſ. & Commiſsionib. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 58. *&* 59. An proinde licita? Conſule. *Br. in Extrauag. ad reprimendum.*

mendū,& in *L.vlt.ff.De Colleg.illicit.Boſſ.tit.De Vnionib.& collig.n.*10.*in fin. Mynſ.6.obſ.* 2.*n.*5. Suntaliæ ciuitates conditionatæ,quæ certis conditionibus Electores vel Principes agnoſcunt, de quibus *Geil.*2.*obſ.*54.*n.*10. Municipales verò dicuntur , quæ omnino & immediatè Principibus vel ſubditis ſubiectæ ſunt. Landtsſtätte. *Id.*1.*obſ.*1.*n.*19. Illæ regalia habent,niſi quoad illa etiam ſubiectæ ſint.*Id.*2 *obſ.*54.*n.*10. *& obſ.*57.*n.*8. Non verò hæ.arg.*L.*16.*ff.De.V.S.Schonborn.lib.*5.*Polit.c.vlt.*

CIRCVLI.

PRimitus ſex circulis Francico,Bauarico,Sueuico, Rhenano,VVeſtphalico,Belgico vſque ad Moſam & Saxonico Imperium fuit circumſcriptum ſub Maximiliano I. in der Ordnung des Regiments zu Augſpurg. Anno 1500.auffgericht.tit. Wie zwantzig.§. Die anderen sechs. Poſtmodum ſub Carolo.5.Noribergæ, diuiſo Saxonico & Rhenano, ſuperadditi fuêre quatuor: Auſtriacus,Burgundicus , Electorius Rhenanus , & ſuperior Saxonicus. Atque ita decem circuli conſtituti neceſsitate publica vrgente. Quamuis ordines in ſingulis circulis relati quidam progreſſu temporis à potentioribus exempti & quidam planè ab Imperio auulſi & extincti ſint.*Paurmeiſter.lib.* 2. *de Iuriſd. c.*2.*n.*126. Quilibet circulus tres ſtatus complectitur I. Eccleſiaſticorum Principum,Prælatorum, Abbatum ſc. Abbatiſſarum & Præpoſitorum.2. Principum ſecularium,Comitum & Baronum.3. Ciuitatum Imperialium.Series circulorum talis.I. Eſt Auſtriacus, qui Epiſcopos habet: Trient/Brixen/ Wien/Seckauw/Labach.Principes: Ertz Hertzogen von Oſterreich.Comites: Hardeck/ Wolckenſtein/Loſenſtein/ Rogendorff.2. Eſt Burgundicus, qui complectitur Regem Hiſpaniæ ratione Burgūdiæ, & Prouinciarum Belgicarum:Comites ſub ſe habet : Egmund/ Naſſauw in Breda/ Jarme/ yſelſtein/ Bergen/ Walhen/ 3. Rhenanus ſuperior Electoralis , ſub quo ſunt quatuor Electores Rhenani , Moguntinenſis , Treuirenſis , Colonienſis & Palatinus : Abbas S. Maximin Præpoſiti : Seltz & Landcommender zu Coblentz. Comes , Salm. Ciuitates, Cölln/ Gelnhauſen. (4. Saxonicus ſuperior,ſub quo ſunt Electores duo , Saxonicus & Brandeburgicus. Epiſcopi: Meiſſen/Merſburg/Naumburg/Brandenburg / Hauelburg/Libus/Chamin. Abbates : Saluelo/ Walckenried. Abbatiſſæ. Quedlinburg/ Geren-

Gerenrode Principes, Hertzogen zu Sachſen/Hertzogen von Pommeren/ Furſt von Anhalt. Comites, Schwartzburg/Manßfeld/ Stolberg/ Honſtein/Barby/Gleichen Barones, Schonberg/Tautenberg/(5. Francicus quem ex Epiſcopis cõſtituunt. Wurtzburg/Bamberg/Eichſtatt. E Principibus: Großmeiſter des Teutſchen Ordens/Margraffen von Brandenburg. E Præpoſitis, Kamberg. E Comitibus Henneberg/Caſtel/ Hohenlohe/Schwartzenberg/Erpach/ E Baronibus. Schencken von Limpurg. E Ciuitatibus Imperialibus. Nurnberg / Rotenburg an der Tauber/ Winßheim/Schweinfurt/Weiſſenburg am Necker (6. Bauaricus, cui ex Archiepiſcopis ſubeſt, Saltzburg: ex Epiſcopis: Regenſpurg / Paſſauw/ Freyſingen. E Principibus: Hertzog von Beyeren/ Landgraff zu Leuchtenberg. Ex Abbatibus: Kempten/ Roth / S. Haymeran zu Regenſpurg/ Käyſersheim/Waldſachſen. Ex Abbatiſsis: Ober Munſter in Regenſpurg/Nider Munſter in Regenſpurg. E Præpoſitis: Berchtelsgaden. E Comitibus: Ortenburg: E Ciuitatibus Imp. Regenſpurg. (7. Sueuicus, qui Epiſcopos habet: Augſpurg/ Coſtentz/ Chur. Abbates: Weingarten/ Weiſſenauw/Petershauſen bey Coſtentz / Schuſſenried / Roggenburg/ Ochſenhauſen/Elchingen/Munchrot/Gengenbach/Vrſperg/Hirſchaw/ Schutteren/ Deſſen. Abbatiſſas: Lindauw/ Roten Munſter. Præpoſitum: Wettenhauſen. Principes: Hertzogen zu Wurtenberg/Margraffen zu Baden. Comites: Hohenzolleren/Helffenſtein/ Furſtenberg/ Oettingen/ Mondfort/Eberſtein/ Sultz/Lupffen. Barones: Walpurg/ Graueneck/ Paumgarten/ Fugger. Annumerantur die Geſellſchafft. S. Georgen Schild/ die Ritterſchafft in Hegauw. Ciuitates Imp. Augſpurg / Vlm/ Schwäbiſche Hall/ Arlen/ Elbangen/ Dunckelſpul/ Kauffbauren/ Memmingen/ Kempten/ Bieberach/ Iſny/ Leuthkirch/ Wangen/ Lindauw / Rauenſpurg/ Buchhorn/ Vberlingen/ Coſtentz / Pfullendorff / Reutlingen/ Eßlingen/ Weil/ wimpffen/ Heilbronn/ Bopffingen / Nördlingẽ / Bucha am Federſee / Zell an Hammerſpach/ Rotweil. 8 Rhenanus inferior, ad quem referuntur Epiſcopi: Wormbs / Speyr/ Straßburg / Baſel/ Luſan/ Metz/ Tull/ Verdun. Abbates: Fulda/ Hirſchfeldt / Murbach/ Munſter in S. Gregorienthal. Abbatiſſa: Kauffingen. Præpoſiti. Weiſſenbach am vnter Elſaß/ Odenheimb. Principes: Meiſter des Joanniter Orden/ Hertzog von Lothringen/ Hertzog von Saphoy/ Pfaltzgraff zu Spanheim

Digitized by Google

Zweybruck vnd Simmeren/Landtgraff zu Heſſen. Comites: Naſſaw Sarbrucken / Wild vnnd Rheingraffen/Falckenſtein/Lenningen/Hanauw/Solms/Waldeck. Barones: Merßburg/Befort/Kriechingen / Rappelſtein. Ciuitates: Keiſersberg/ Türckheim / Münſter in S. Gregorienthal/Mulhauſen in Elſaß/Colmar/ Schletſtadt /Roßheim/Offenburg/Straßburg/Hagenaw/Kronweiſſenburg/ Landaw/ Speyr/ Wormbs/Franckfurdt am Mayn/Friedberg/Wetzlar/& olim, Genff/Baſel/Tull/Verdun/Metz/(9. VVeſtphalicus Epiſcopos habet: Paderborn/Münſter/Oßnabruck/Verden/Luttich/ Vtrecht. Abbates: Stabel/Werden/S Cornelij Münſter. Abbatiſſas: Hervordt/Eſſen. Principes. Hertzogen zu Gülich/Cleue/vnd Berge/Hertzogen zu Geldern. Comites: Naſſauw Dillenburg/ NiderEyſenburg/ Witgenſtein/ Sayn/ Wied / Virnberg/Manderſcheidt/Bentheim/Schawmburg/Ritberg/Lippe/Oſtfrießlandt/Oldenburg/Brunckhorſt/Dieffolt/Spiegelberg/ Baronem, Wienneberg/Ciuitates: Aach/ Dortmundt/Soeſt/ Hervord. 10. Saxonicus inferior, quem abſoluunt Archi Epiſcopi: Magdeburgenſis, Bremenſis. Epiſcopi: Halberſtatt/ Hildesheim / Minden / Ratzenburg/ Werden/Schuerin/Lubeck. Principes, Hertzoge von Braunſchweig vnd Luneburg/Hertzoge zu Meckelburg/Hertzoge zu Holſtein vnd Schleßwig/ quibus annumeratur Rex Daniæ, reſpectu ditionum ad Imperium pertinentium, Hertzoge zu Lauwenburg. Ciuitates: Lubeck/Hamburg/Mülhauſen/Northauſen in Thüringen/Si tamen in Comitijs Imperij quid circulariter deliberandum, circuli in ſexus contrahuntur. *Ruland. de Commiſſ. p.1. lib. 5. c. 4. n. 54.* quod ipſum & in præſentatione Aſſeſſorum Cameræ continget. *Ord. Cam. p. 1. t. 2. Vid. Clariſſ.* Dn. M. König. profeſſorem Rintelenſem *in Theatro. Polit. c.* 28.

Subditi in Specie.

SVbditi. 1. Sũt vel Originarij vel Adſcriptitij. *L 1 ff. Ad Munic. L. 239 §. 3. & 4. ff. De V. S.* Spurios iure ciuitatis quoque donamus. *Keckerm. lib. 1. Syſt. Polit. c. 8. p. 178.* item Fœminas, ſenes decrepitos, pueros, pauperes, morbo ſontico laborantes, non tamen ἁπλῶς, ſed κατά τι. *Deut. 24. v. 14. & 17.* etiam Peregrinos, non tamen temerè. *Caſ. lib. 5. Sphær. ciu. c. 3. circ. fin.* Iudæos regulariter non, propter diras incantationes, & blaſphemias quas euomunt in Chriſtum Saluatorem noſtrum, quando dicunt

eum

Digitized by Google

eum mediante arte Cabaliſtica feciſſe miracula: vnde Chriſtophorus Dux VVirtenbergicus dixit. Wan dieſe verfluchte leuthe mir wolten gelt volauff geben/ wolte ich ſie doch in meinem Furſtenthumb (weil ſie an meinem Bruder vnd Erlöſer Chriſto trewloß worden/ vnd offentliche zauberer ſein) nicht leiden *Gilhauſ. in arb. iudic. c. 1. p. 1. n.* 70. tolerantur tamen cum ſeptem conditionibus generalibus, & octo ſpecialibus, quas recenſet. *Specb. an. cent. 2. claſ. 1. q.* 16. (2. Subditi vel Eminentioris conditionis ſunt, vel inferioris. Illi ſunt vel Nobiles, *de quibus ſupra*. Vel Literati, hi, tum Theologi, & Iuriſperiti iuſtitiæ ſacerdotes. *L. 1. §. 1. in pr. ff. De iuſt. & Iur.* quos Medicis meritò præfero. *Zabel Exerc. 2. Feud. theſ. 8. Lit A. pag.* 52. Tum Medici & Philoſophi. Ex hiſce Literatis, quidam Doctoratus, & Licentiæ: quidam Magiſterij gradu inſigniti ſunt, quibus in facultate ſua publicè docendi & reſpondendi ex Cæſareæ Maieſtatis authoritate facta eſt poteſtas. *L. 2. §. fin. verſ. Et vt obiter. ff. De Orig. iur. §. 8. Inſt. De Iur. N. G. & ciu.* nec illorum graduum aſſumptio dedecorat nobilitatem. Sextum enim Ælium Ictum ex Nobili Æliorum familia prognatum, maximè in docenda iuris Ciuilis ſcientia claruiſſe reliquit *Pomponius in l. 2. §. 38 ff. de Orig. iur.* Didius Iulianus Remp. inuaſit vir nobilis & iuris peritiſsimus nepos Saluij Iuliani, qui ſub. D. Adriano, perpetuum compoſuit edictum. *L. 2. ff. De Stat. hom.* Extat eiuſdem memorabilis illa vox Græca, hoc ſenſu. Etſi alterum pedem haberem in tumulo, non pigeret aliquid addiſcere. *L. 20 ff. de Fideic. Libert. Vid. Orat. Mynſing. ad cit. am. cent. 1. quæſt. Speckan. p.* 369 Ex authoritate illa, vel Cæſar ipſe Doctores creat, vel Comes Palatinus abuſiuè ita dictus. *Roſenth. de Feud. c. 2. concl. 2. in gloſſ Lit. F.* hique vocantur Bullati, & legitimorum priuilegijs gaudent, quando ipſorum ſcientia ſatis examinata eſt. *L. 7. C. de Prof. & Med. Treutl. vol. 1. diſp. 1. theſ. 7. lit. A.* Vel ritè & ſolenniter Profeſſor aliquis in Academijs. De origine horum rituum conſulatur. *Heig. p. 2. q. 11. à n. 22. vſque ad fin. Boet. Epô. in Orat. Duaci habita de honor. Acad. tit.* Inferioris conditionis ſubditi in certos ordines diſtinguimus. Primum locum tribuimus Mercatoribus ex mercimonijs victitantes, qui ſunt Pedes Corporis Politici. *Gueuar. in Horolog. Princ. lib. 1. c. 36. L. 2 ff. de Nund.* exercenda autem honeſtè & ex vſu Reip. *l. 1. & 2. C. Quæ res export. neq. l. 2 C. de Commerc. & merc.* ſine fraude. *Leuit. 19. v. 11.*

c. Eijciens.

Digitized by Google

c. Eijciens. Diſt. 88. Ordinaria & ſordida cum Nobilitate, virtute bellica quæſita, eſt incõpatibilis. *L.* 3. *C. De Comm & Mercat. L.* 6. *C. De Dignit. L.* 7 *C. De Inceſt. nupt. L.* 1. *C. De Natur. lib.* Veneti autem & Genuenſes al. æque ad Mercaturam ſitæ ciuitates non credunt per mercaturam quicquam Nobilitati detrahi. *Arniſæ.* 13 *Polit p.* 318. Secundo Ordini adſcribimus Artifices, à Deo vocatos & priuilegiatos, *Geneſ.* 3. *v* 19. *Gen.* 4. *v.* 22 *Exod.* 31 *v* 1. *Matth* 3 *v.* 55. 1. *Theſſal* 4. *v.* 11. cum Cicerone tamen *lib.* 1. *Offic.* & *Ariſt.* 4. *Polit.* 4. magis commendamus artes a d neceſsitatem comparatas, vt Architectos, Piſtores, Sutores, Sartores; quam ad voluptatem, vt Cetarios, Lanios, coquos, fartores, piſcatores, vnguentarios, ſaltatores, tabernarios. Artifices ſunt vel Superiores & Liberaliores: vel Sordidiores. Superiores ſunt; Typographi, Pictores, Aurifabri, Architecti, Sculptores, &c. Inferiores, qui vilioribus & craſsioribus artificijs ſunt dediti, veluti Alutarij, cerdones &c. In tertio Ordine collocamus Agricolas, quorum genus vitæ, eſt antiquiſſimum. *Gen.* 2. *v.* 15. & 3. *v.* 17. 9. *v.* 20. 25 *v* 27. 1. *Reg.* 21. *v.* 5. *vid. Renat. Chop. de priuil. ruſt* Agriculturæ conuenit Paſtoritia vita, & hanc degentes, quia corporibus exercitati, ad bellicas expeditiones vtiliſsimi ſunt. *Cato in pr. De Re Ruſtic.* Quartum ordinem tenent Tabernarii ſeu Caupones, quos in viliſſima fece ciuium ponit. *Cic. pro Flacco. Et Clem.* 5. Clericos in talibus artibus occupatos exautorat. *Clem* 1. *de vit & honeſt. Cleric.* Ad quintum ordinem referimus Aurigas & Nautas, qui vel ex defectu Educationis, vel quod in perpetuo motu ſunt, vel ob praua conſortia tortuoſa ingenia, & incultiores mores habẽt, ideò magiſtratus curare debet, vt eorum ſtricta ſit diſciplina: Hollandi enim & Zelandi per ſolos nautas ante annos circiter 50. in libertatẽ ſeſe vindicare tentarunt. *Keckerm. lib.* 1. *Polit p.* 253. Sexti gradus ſunt, Mercenarij & Baiuli. Inter infimos Collocandi ſunt Pantomimi, Hiſtriones, Ludiones, Tibicines, & alij admodũ ſordida opera exercentes, veluti Libitinarij, Veſpillones, Excoriatores Equorũ, purgatores Cloacarũ, Carnifices, Lex enim cenſoria fuit apud Romanos, ne quis ex Romanis Ciuibus carnifex eſſet, aut haberet in vrbe domiciliũ ſed moreretur (ait M. Cicero) prius acerbiſsima morte millies Gracchus, quã in eius concione carnifex cõſiſteret, quem non modo ferro, ſed etiam cœlo hoc, ac ſpiritu Cenſoriæ LL. atque vrbis domicilio carere voluerunt. *Cic pro Rabirio.* Sapienter quidem, cum ſoleant iſtiuſmodi homines improbi & nefarij eſſe. *Ariſt.* 6. *Polit.* Politici quidem conſiderantes officium Carnificis per ſe, remotis circumſtantijs non putant illud inhoneſtum. *arg. Leuit.* 24. *v.* 16. & 13. *Num* 15. *v.* 35. & 36 *Deut.* 13. *v.* 9. & 10. *Iud* 8. *v.* 21. 1. *Sam.* 22. *v.* 17. & 18. 2. *Sam.* 1. *v.* 15. 2. *Sam.* 4 *v.* 12. &c. De Iure tamen Canonico irregularitas ex quouis contrahitur homicidio, adeò vt tam iuſtè nemo alterum occidere queat, quin aliquid labis & noxæ inde contrahat, quo minus ad ſacrum miniſterium queat promoueri. *arg. c. infames.* 17. *Cauſ.* 6. *q.* 1.

Finis Diſputationis Quartæ.

Digitized by Google

DISPVTATIO IV.

Continens

Anatomiam Exegeticam Diſputationis VI. Hieronymi Teutleri I℞i. De Pactis.

Reſpondente,

THOMA Schlipſtein/ *Heruordia-VVeſtphalo.*

Theſ. 1. Lit. A. Q. 1. An Pactum idem quod conuentio? Affirm.

PER *l.1.§.2.& 3.ff.hic.* vbi Vlpianus à definitione pactionis progreditur ad explicandum nomen conuentionis, vt oſtendat, quamuis hæc nomina verborum ſono ſint diuerſa, in eodem tamen ſignificatu vſurpantur. Conuentum dicitur quaſi compactũ & coniunguntur pactum conuentum, Obſt. 1. *Paulus lib. 1. ſentent. tit. de pact. & conuentis* illa diſtinguit. Ergo differunt. Et in *l.71.ff. Pro ſocio.* Pactum Conuentum ſignificat contractũ. Reſp. Sono differũt. *arg. l.5.§.1.ff. De Pign.* Obſt. 2. Qui in ſcholis cõueniũt, dicũtur cõuenire, nõ tamẽ paciſci Reſp. Cõuentionis nomẽ generale eſt *l.1. hic.* Obſt. 3 Cõuentio eadẽ eſt cũ pactione, Ergo non cum Pacto, quia, Pactio & pactum differunt. *l.1.§.1.ff. de Pact.* Pactum nomen concretum eſt, Pactio v. abſtractum: Concreta. v ab abſtractis deriuationem & denominationem accipere ſolent. Sic ius à iuſtitia appellatum *l.1.ff. De I.& I.* Reſp. Sunt Synonyma, & Pactum, Pactio, conuentio tanquã genus & ſpecies ſe habent, retinentq; naturã & nomen ſui generis: Sed quia pleræque conuentionum in aliud nomen tranſeunt, cæteras, quæ non tranſeunt, appellamus nomine generis conuentiones, Pactiones, & paulo ſpecialius pacta. Non enim contractum vllum benè ac propriè quis pactum eſſe dixerit, licet verè ac propriè contractus omnes ſint conuentiones & pactiones.

Q. 2. An contractus ſit Pactum? Affirm.

COntractus venit nomine pacti generaliter accepti. *l. 20.ff. De Falſ.* Qui obligationem pactionem fecerunt. *l.3.ff De vſufr.* Pactionib. & ſtipulatiouibus vſus fructus conſtituitur. *Hotom. lib. 1. amicab. reſp. c. 2.* Obſt. 1. Aliud eſt dicere pactum, aliud contractum, à ſeparatis igitur ni-

Digitized by Google

hil infertur.*l.26.ff.de minorib.*Et ſi eſſent eadem ,ad quid diuerſitas nominum.*l.7.C.De Codicill.* Reſp.Pactum eſt genus, conuentio ſpecies, valet aũt argumentum à ſpecie ad genus,non è conuerſo,quia genus ineſt Speciei,non ſpecies generi.Nota hic per extenſionem. Quod etiam omne pactum dicatur contractus etiamſi ad diſtractum ordinetur, ſic *Auth.Sacramenta puberum* ,non tantũ in contractibus, ſed etiam in pactis locum habet. Et ſtatutum prohibens mulierem contrahere ſine præſentia duorum propinquorum,intelligitur prohibere omnem conuẽtionem etiam liberatoriam,cum ſub verbo contrahere, illud etiam cõtineatur.2.Obſt. Quod verba ſtatuti propriè ſint intelligenda. *l.3.§. hac verba.ff.De negot.geſt.*Sed pactum eſt impropriè contractus,& diſtractus opponitur contractui.*l.fin.ibi diſtrahentib,vel contrahentib. C.Si tut.vel,cur.interv.* Reſp.Hoc nihilominus fit per modum extenſionis, quia eſt eadẽ ratio,vt ſuccurratur imbecillitati mulierũ, & ne ſine præſẽtia cõſanguineorũ cõtrahẽdo illaqueẽtur.*l.1.& 2 ff.Ad SCtm.Vellei.* 3.Obſt. cõtractus quid amplius eſt,quã pactũ, quia nomẽ habet,aut ſi nomine vacat, certè cauſã habet.*l.7.ff.De Pact.* R. Hoc cõtractũ à pacto nõ eximit, ſed ſpeciẽ à genere diſtinguit; Sicuti etiã ratio in homine generale animalis definitionem non conſumit, eo ipſo quod in homine plus eſt, quam in animali.Idem de ſtipulatione affirmat.*Cuiac.* in *l.7.ff.De Pact.* Et plus eſt dialectica quam ars,nec tamen hinc efficitur eam artem non vocari.2.Conuentio & pactum pro eodem ſumuntur *l.5. & l.6.ff.De Pact.l.15.ff.De Præſcript.verb.l.1.ff. de rer.permutat.*Sicut ergo in *l.7.ff.De Pact.*reſpondetur.Iuriſgentium conuentiones,quæ pariunt actiones,in ſuo nomine non ſtare,ſed tranſire in in proprium nomen contractus.Ita & dicendum de Pactis.3. Vnumquodque eo, genere diſſoluitur quo colligatur.*l.38 ff.De R.I.* Pacto emptio & venditio diſſoluitur. *l.58.ff. de Pact.*Ergo & conſtituitur, Obſt.4. Pactum non parit obligationem. *l.7.§.igitur nuda.l.Diuiſionis.ff.de Pact.l.ſolet.ff.De Præſcr.verbis.l.cum proponas.C.de Pact.*Contractus parit.*d.l.7.§.fin.ff.h.t.* Reſp. vt ſupra,imo obligatio & actio non conſtituunt contractus formam.5. Obſt. Nuſquam contractus appellantur pacta.Reſp:Satis eſt rem ipſam extare,& euertitur hoc per *l.1.l.3.l.4 l.5.l.6.l.7 ff. de Pact.l.Labeo.ff.de Pact.* Sic Pactum ,ſiue Pactionem, opponit nudo pacto *l.15.ff.de Præſcript.verb.5.*

Obſt.

Digitized by Google

6. Obſt. Etſi idẽ verbũ & generis & ſpeciei nomen eſſe poſsit. *l. 1. ff. de Adopt.* non tamen de pacto affirmari poteſt. Cum nuſquam id traditum ſit, vt de adoptione. *Berchelt. c. 1. de Pact. n. 7.* R. vtrobique non eſt opus, vt lege ſit expreſſum, alioquin multa in iure ſubuerterentur, ſatis eſt rem ipſam id indicare, quod. n. vno loco lege decernitur, commodã occaſionem præbet, vt id in alio ſimili imitemur. *l. nam vt. ff. De LL* niſi aut contra rationem ſit receptum. *l. quod verò ff. Eod,* Aut errore primũ introductum. *l. quod non ratione. ff. Eod.* vel expreſsè prohibitum. Differt igitur cõtractus à pacto forma & effectu. *l. 6. ff. de Pact. § fin. Inſt. de Oblig. l. 1. ff. de O. & A. vid. Goedd. ad l. 19. ff. De V. S. n. 34. & ſeqq.*

Lit. B. Q. 3. An promiſſio præſenti & tacenti facta, ſit Pollicitatio. Neg.

Conſenſu duorum vel plurium diſtinguitur, pactum à Pollicitatione, quæ eſt ſolius offerentis in *l. 3. ff. de Pollicit.* non duorum conſenſus 1. Prob. *per l. 8. ff. de Pollicit.* vbi. Ic. appellat pollicitationẽ, quæ ſit apud Remp. in ipſius vtilitatẽ. Per *l. 1. §. ſtipulanti. ff. de V. O.* vbi dicitur, ſi tibi ſtipulanti decem, promitto viginti: obligationem duntaxat contrahi in 10. & tamen ſi pactum eſſet, cum aliquid promittitur abſenti & tacenti in eius commodum, obligatio ſaltem naturalis contrahitur ad aſſia decẽ. (3. in Pacto debet eſſe conſenſus. *l. 1. ff. de Pact.* Conſenſus aũt propriè dicitur expreſſus, nõ aũt tacitus *l. 2. §. voluntatem. ff. Solut. matr.* 4. Promiſsio reſpicit ipſius præſentis & tacentis cõmodũ, & cõſequẽter in eius eſt poteſtate voluntatem ſuam declarare, cum non declaret, videtur contra eum interpretatio facienda, vt non videatur conſentire. arg. *l. veteribus ff. de Pact.* 5. Qui tacet cõſentire non videtur. *l. qui tacet. de Reg. iur. c. ir. qui tacet. de Reg. iur. in 6.* Ergo nõ eſt pactũ. 6. Is qui præſens eſt & tacet modeſtia quadã deliberare videtur. nõ aũt cõſẽtire, cũ fortaſſe è re ſua id nõ futurũ eſſe credat, aut beneficiũ accipiendo libertatẽ vendere nolit. Neque enim, poteſt qui ingenuo animo prẽditus ſit, quicquam acceptare, quin de referenda gratia, ſtatim cogitare incipiat, ad quam rem naturâ ipſâ omnes obligamur. *l. 25. §. 11 ff. de Petit. hered.* Ideò regula, vt tacere ſit medium inter affirmare & negare. *l. qui tacet. de R. I. 1.* Obſt. *L. Qui patitur. ff. Mand.* vbi mandare dicitur, qui patitur ab alio ſibi mandari: E. ex patientia conſenſus præſumitur & ſic duorũ

Digitized by Google

hic conſenſus adeſt, ex quo pactum conficitur. 2. Obſt. *L. donat. § Species ff. de Donat* vbi conſenſus filiæ arguitur ex præſentia, quoniam de commodo eius agitur. 3. Obſt. *reg. Qui tacet conſentire videtur de R. I. in 6.* Nã cum hæc regula locum habeat, vbi de tacentis præiudicio, vel obligatione agitur *l. filius fam. § inuitus ff. de Procur. ſequitur eam* locum ſaltem habere, vbi de cõmodo agitur. Reſp. quia Vlpian. in *l. 3. de Pollicit.* ait. Pactum eſſe duorum conſenſum. Pollicitationem ſolius offerentis promiſſum, non conſenſum, conſtat prædicta dubia non habere locum: Nã licet in pollicitatione duorũ inſit conſenſus, non tamẽ expreſſus neque declaratus, niſi ab eo, qui promittit alteri tacenti, & non roganti: at in pacto non conſenſus eſt duor. tantum, ſed etiã conuentio, de eo, quod vtriuſque verbis conuentum eſt, & concluſum vt fiat. Pactum eſt igitur cum plures hoc agunt, & in eam decurrunt ſententiam, vt quid fiat, aut non fiat: *l. 1. ff. de Pact.* Pollicitatio, cum quid promittitur alicui non petenti, & tamen duorum ineſt conſenſus, quia is cui facta eſt promiſsio non reclamat, ſed promiſsis acquieſcit. Et hinc vulgatũ. *Qui tacet & cat. Conan. lib. 5. Comm. c. 8. in pr.* Pollicitatio igitur quidem vtriuſque conſenſum habet. Pactum. v. propter conſenſum requirit conuentionem quandam, vt aliquid fiat vel non fiat. detur vel non detur; vnde verba: *In idem placitum conſenſus*, exponuntur, in idem dandum vel faciendum. *Fachin. lib. 8 contr. 64. per tot.* 2. R. In pollicitatione ad id vt ſit pactum, non ſufficit præſentia, ſed requiritur acceptatio, quando promiſſio non fit apud Principalem cui acquiritur, ſed apud alium etiam habentem poteſtatem acquirendi abſenti nimirum. E. non deſinit eſſe pollicitatio, cum non appareat, quod officiales illi Reip. oblationem acceptauerint. & ſic remanet pollicitatio, vt patet ex ſitu tituli. Fauore tamen Reip. in caſu illo quando pollicitatio facta eſt ob honorem, non eſt differentia inter pactum & pollicitationem in exactione, ſed ſiue facta fuit abſenti ſiue præſenti, quod promiſſum eſt exigitur. *l. 1. in pr. ff. de Pollic.* 3. R. Pactum eſt propriè vbi conſenſus eſt per verba expreſſus. Alias ſi nõ ſit expreſſus hinc inde, prout in pollicitatione præſenti facta; in cauſa lucratiua, tunc nõ eſt pactum, ſed pollicitatio. Et eſt pactum non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, nim. à lege præſumptum. *l. 2. ff. de Pollicit.* non autem ex diſpoſitione contrahentium. *l. 2. in § volun-*

Digitized by Google

*voluntatem.ff.ſolut.matr.*ibi conſentiat,an verò nõn contradicat. vid. *Cagnol.in rubr.de Pact.n.*1. Ad L. *Qui patitur*.R.1.*Gloſſ.* ſenſum eſſe, quod ego videar,mandare tibi,vt tu mandes argentario.2. Ibi vltra patientiã acceſsit actus poſitiuus numerationis,qui alioqui conſenſum ſignificat. *Clem.*1. *de Procur*.3. Eſt conſenſus fictus, vt denotat verbum (intelligitur.)*l.vnic.in pr.C.de rei vxor.act*.4. vel in in *d.l. Qui patitur*, agebatur de incommodo eius pro quo fuit mandatũ.5. Conſenſus ille ex illa patientia ſumptus,non venit ad perficiendum actum imperfectum, ſed confirmandum iam perfectum,nempe mandatum factum & à mandatario ſuſceptum,diuerſum eſt in caſu noſtro,quando quis permittit tacenti & conſentienti, nam inter eos adhuc nihil actum eſt. Non mirũ igitur ſi taciturnitas non operetur illum conſenſum:Cum Pactum per tacitum conſenſum non perficiatur. *l.*2.*& l.ſi Creditores C.de Pact.* Ad ratione. Verba definitionis debent intelligi in caſu vero & proprio. *Bart.in l.omnes populi.n.*59 *ff.de I.& I.* Porro cũ in definitione pacti ponatur conſenſus.*l.*1.*§.*1.*ff.de Pact.l.pactum.ff.de Pollicit.* Conſenſus ergo verus requiritur. At ille conſenſus qui ſumitur ex præſentia & taciturnitate non eſt verus *l.*2.*§. voluntatem ff.Solut.matr.* verbum enim (videtur)ſignificat fictioné.*l.*1.*§.deieciſſe.ff. De vi & vi arm.*Et idem ſignificant verba.Quaſi conſentire.*l.*11.*vbi Bald.ff.de lib.& Poſth. Diſſ. Fortiter Menoch.*3.*præſumpt.*42.

Lit. C. Placitum Conſenſus.

Explicat gloſſ. per ἐνδιάθετον id eſt placitus conſenſus,hoc eſt ſpõtaneus, dicitur ſicut. Arma virumque Cano, id eſt,armatum virum, perinde vt *l.* 1. *ff.de tutel.* Ratio eſt,quia natura copulæ eſt omnino diuerſa copulare R. Hoc videtur falſum, quia ſubſtantiuum in adiectiuum,& ſubſtantiam in accidens reſoluit.*l.*2.*cum gloſſ.C.de condit.inſert.l.conuenticulam.C.de Epiſc.& cleric.*Imo quia eſt pactum, vbi non eſt ſpontaneus conſenſus. *L. Et eleganter. in pr.ff.de Dolo.l.Si mulier.§. ſi metu. ff. Quod met.cauſa.*Rectius ergo ibi Placitum pro conuentione ſtat. Obſt. l.3.*in pr.ff.de Pollic.*vbi verba(in idem)omiſſa ſunt.R.*Cagnol. hic.n.*11.vis vocabuli cõuentionis id ibidem complectitur. Sed in *d.l.*1.*ff.h.t.*ad maiorem declarationem potius, quam ad neceſsitaté exprimendo, quod tacitè inerat,poſuit. Nec eſt ſuperfluitas,cum ſit ad interpretationé dicti. 2. Ibidem potius eſt deſcriptio & declaratio,quam definitio.

conſici potuit, etiamſi delictum vel poſſeſſio ſubſit. *l.19.in fin. & l.20. ff. de iudic.*

Quæ Pacta, dicantur nuda?

Lit. E. vnde ea Pacta etiam nuda. Nudum profectò Epitheton omni pacti eſt, quia in nuda generis forma conſiſtit, nec amplius quid aſſumit, etiamſi contractui in continenti addatur, vel ineſſe dicatur, ſtatim interpoſitum cum negotium fieret. Dicitur nudum, quia nudum eſt à cauſa & negotio *l. 7. ff. De Pact.* Ideoque mirum non erit, nullibi contractum vocari pactum, quia & in ſpecie & in genere acceptum ſemper minus habet, quam contractus.

Voce magis quam ſenſu incongruo. Pacta nuda ſunt, quæ in ſimplicibus, & puris finibus conuentionis ſtant, nihil circum ſe habentia, vel nomē ſpeciale, vel cauſam, vel contractum, quo ſe tegant, *l. ſi tibi.* C. *Locati.* Exemplo hominis, qui tunc dicitur nudus, cum talis eſt, qualis ex vtero matris proceſſit. Impropriè tamen dicitur veſtitum pactum. Non enim ſequitur eſt pactum nudum, Ergo veſtitum, veluti eſt nuda voluntas. *l.1 ff. de Teſt: milit.* Nudus Conſenſus *l. qui ad Certū ff. Locati.* Nuda proprietas. *l.1. ff. De vſur.* Nudus vſus. *l.1. ff. de vſ. & hab.* Per Metaph. igitur dicūtur pacta nuda, quod ſimplicia ſint, & ſine cauſa, ſine viribus & præſidio. Similiter noluerunt ICti in proprietate, voluntate, conſenſu, nomine, vſu & reliquis veſtimentū aliquod notare, ſed per translationem ſignificare, ea ſola eſſe ſimplicia & inermia, quo etiam ſenſu dicitur. Nuda cōſciētia, *l. ſi quemq.* C. *De Epiſc. & Cleric.* Nudū miniſterium. *l.1. ff. Ad vellei.* Veſtiuntur autem pacta. 8. Modis 1. Re. 2. verbis. 3 Literis 4. Interuentu rei, 5. Conſenſu. 6. Cohærentia Contractus 7. Legis auxilio 8. Operis initio.

Et de pacto nudo intelligitur. 1. Quia etſi ſtipulatio, & reliqui contractus nominati mediante conuentione perficiuntur, attamen præter ipſam conuentionem requiritur forma & iuris approbatio Amplif. hoc 1. procedit, quando conſtat interrogationem non præceſſiſſe. 2. Quando verbum, Conuenit, prolatum eſt in Epiſtola, quæ mittitur abſenti 3. Quādo verbum, promiſit, prolatum fuit à teſtib. Fallit. 1. Quando verbum, Cōuenit, prolatum fuit in actis iudiciarijs. *l.4. §. fin. ff. de fidei. tut.* 2. Si verbū, promiſit, adiectum, non valet de iure cōmuni, ſecus, de iure ſpeciali, vt in. *L.1. C. de dot. promiſ.* *Q. An*

Digitized by Google

Q. An pacta ſint triplicia?

Theſ.2.Lit.A.Ex cauſa publica. vt treugæ,quæ ſunt in longum tempus, Item induciæ,quæ ſunt in breue *l.34.§.inducia.ff.De Captiu.& poſtl.* Item fœdera amicitiæ æqualia & inæqualia.*l.non dubito.ff.De Captiu.& poſtl.*Et hoc in Expreſſis:Tacitè etiam paciſci videntur, eo quod Legati hoſtiũ ſecuri ſunt,tacitè eis ſecuritate data.*l.fin ff.de Legat.*vid.*l.officium. ff.*De *re milit.*

*Aliud publicum,aliud priuatum.*Diuiſio hæc eſt bimembris facta ex illa trimembri.Conuentiones,vel publicæ ſunt, vel priuatæ vel genticæ: Sic Iuris diuiſio ita bimembris fit. *l. vlt. C.* De *SS. Eccleſ.* Ius aliud eſt publicum,aliud priuatum: Publicum rurſus aliud ſacrum, quod conſiſtit in ſacerdotibus.Aliud in magiſtratibus;Idem de diuiſione Iuris,in Naturale, gentium & Ciuile.Et corporum in *l.rerum.ff. De vſurp. & vſucap.* 1.Obſt. ſunt quædam Conuentiones,quæ & legitimæ ſunt; & iuris gentium,omnes eæ ſcilicet,quas & ius gentium induxit, & ius ciuile firmauit , vt ex ijs dederit actionem , vt Emptio venditio &c.E.non bona diuiſio. Reſp.Conuentiones à iure gentium inductæ, licet à iure Ciuili admiſſæ ſint,ita vt ex ijs actio detur,non tamen legitimæ dici poſſent, quia non tam confirmantur, quam approbantur,aut non improbantur à iure ciuili.Legitima enim eſt, quæ à lege aliqua Ciuili adiuuatur. *l. 6.ff.De Pact.*

*In qua l.*12.Si in pactis Pacis conuenerit,vt quidam captiui redderentur, his in pace poſtliminium eſt.*l.28.ff.De Captiu. & poſtlim.* Non etiã his, de quibus in pactis nihil comprehenſum eſt. Vnde in l. 12.(Aut legendum de quibus id in pactis erat Comprehenſum) Aut ſanè priſca illa oratio eſt,quæ ſit explenda his verbis ſubintellectis.(Nõ eſt Poſtliminium.)Cui ſimilis ἔλλειψις eſt in *l. vnic. ff. Si quis ius dic. non obtemp.*Et ratio ſubiecta cur in pace non ſit poſtliminium hanc reticẽtiam aperit : Quia ſpem reuertendi ciuibus in virtute bellica magis, quam in pace Romani eſſe voluerunt. Non placet interpretatio Accurſij,(De quibus in pactis nihil actum eſt in Contrarium)puta(ne his ius poſtliminij eſſet.) Quia hæc interpretatio ſupponit in pace poſtliminium eſſe,quod falſum,cum nec induciar. tẽpore ſit. *l. 19.* §.1.*ff.De Captiu.* vid.*Cuiac.lib.24.obſ.31.*

Pactum

Digitized by Google

Pactum etiam Principis.) Intellige quando Reus eſt confeſſus crimen, & illam confeſsionem nec confirmauit, nec reuocauit, tunc eſt ei fides ſeruanda. *l.1.in pr. l.7. §. Prætor ait. ff. de Pact. l.1. ff. de conſtit. Pec.* Imo & hoſti data fides ſeruanda. *c. noli æſtimare. 23. quæſt. 1. l.5. ff. de Pact.* 2. Fides & iuramentum æquiparantur. *c. ad aures X. Quod met. cauſa.* vti ergo iuramentum eſt ſeruandum, ſi non vergit in diſpendium ſalutis æternæ, ita & fides, atque hic fides ſeruari poteſt. Confer. *not. in c. ſane. de renunciat.* 3. In Principe nihil eſt quod magis refulgeat quam recta fides. *l. inter claras. C. de Summ. Trin. in Princ.* 4. Ne bona fides venientem decipiat, & authoritas publica. Contr. *l.1. C. de his qui ven. at. impet.* 5. Alias eſt Cauillatio. vid. *L. Ea eſt natura Cauillationu.* I Obſt. *l.1. §. non fuit ff. de dolo mal.* vbi dicitur, quod à priuato non ſit hoſti ſeruanda fides. R. 1. Hic loquimur de perſona Principis, qui publicam perſonam gerit. 2. Ibi de fide data verbum nullum, ſed ſolum dicitur, quod quis poſsit vti ſolertia & machinatione contra hoſtem; iuxta illud Vergilij. *Dolus an virtus quis in hoſte requirat?* Ait tamen *Petrarcha lib 4. Epiſt. Senil. in 1. epiſt. fol. 2.* Non Poetæ grauiſsimi, ſed paſsionati ore illud dici. Obſt. Exemplum Solomonis in *c. afferte. X. de Præſumpt.* Reſp *Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 55.* Aliud eſt fictio ſeu ſimulatio, aliud deceptio & mendaciũ. Finxit enim quandoque Seruator noſter ſe longius ire. *Luc. 24.* priuſquam finxerat ſe nolle aſcendere ad diem feſtum, & tamen aſcendit *Ioh. 7.* Non tamen quenquam decepit, aut alicui mentitus eſt. Et ſic cõtigit in facto, quod quædam Catharina Candolia, quæ coram Prætore Vogoniæ confeſſa fuerat ſe partum necaſſe, cum deinde aſſereret illã confeſsionem à ſe per ipſum Prætorem blandis verbis miniſq; extortã fuiſſe, idque probaſſe coram Prætore per Senatum ad id delegato. fuit tortura ſubiecta, & cum perſtitiſſet in negatiua, fuit abſoluta. *Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 55.*

Nota igitur dignisſimam vocem Sexti Pompeij M. Pompeij filij, qui à Menodoro, claſsis ſuæ præfecto admonitus, vt patris & fratris iniurias in Antonium & Octauium, qui in naui apud eum cœnabant vlciſceretur, reſpondit; Refer] Menodoro, ei ſine me id facere licere, qui iam peierare conſueuit, mihi autem nefas eſſet, qui fidem fallere neſcio. Alexander Parmenioni, ſibi quicquam præter decorum ſuadenti reſpondit

ſpondit:facerem id quidem ſi Parmenio eſſem,verum Alexandro neutiquam licet,Malo me fortunæ pœniteat, quam victoriæ pudeat.

Cuius tamen ſententia in Iudice.) Iudex enim poteſtatem non habet condonandi delictum.Eſt enim hoc ſupra eius iuriſdictionem: Imputet igitur ſibi ille reus,quod tali Iudici fidem adhibuerit.

Quæ pacta ſunt legitima?

Lit.D.Seu à iure Ciuili confirmatum.) Intellige ſpecialiter, vt conuentiones omnes iuris gentium ab hoc diuiſionis membro excludamus, quæ aut proprium nomen,aut συνάλλαγμα in ſe habent,omnes enim illæ etſi à iure Ciuili adiuuantur,vt pariant actionem,quæ eſt iuris Ciuilis.*l.2.§.deinde ff.de O.I.* tamen non legitimæ, ſed iuris gentium appellantur. Hic autem intelligũtur pacta nuda.Obſt.In Actionibus verſatur ius. In pactis vero non niſi factum.*l.27.§.pactum.ff.de Pact.*Reſp. In Pactis legitimis non tantum factum,ſed & ius verſatur. Idcirco legitima appellantur.2.Obſt.Aut valet pactum , & tunc non confirmatur, quia non indiget,aut non valet,& tunc non poteſt confirmari. *l.obligationes.ff.de O.& A.* Reſp.Illud intelligitur in planè prohibitis conuentionibus.Hæc aũt in his quæ præter legem ſũt.*l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de V.O.* Hinc igitur patet non omnia pacta eſſe Nuda,quædam enim nõ nuda,ex quibus actio naſcitur.*l.6.ff h.t.*quæ à Dd.veſtita incongruè appellantur.Nuda enim appellantur, quia deſtituuntur vi agendi. Ex quibus agi poteſt,non ſunt nuda.*l.10.C.de Pact.*

Exempla pactorum legitimorum.

*Quorum exempla.)*Difficile eſt exemplum aliquod afferri huius pacti ex iure veteri;Nonnulli aiunt de Pacto hypothecæ, aut conſtitutæ pecuniæ, verum hæ ſunt ex iuriſdictione Prætoris.*l.1 ff.de conſtit. Pec.§.item Seruiana Inſt.de Act.2.Ex L.12.tab.* ſunt pacta furti & iniuriarum: verum nullam pariunt actionem,ſed tollunt ipſo iure.Fiunt enim pacta Ne furti & iniuriarum agatur.*l.17.§.1.ff.h.t.*

Ex iure Codicis huc referimus.) 1.Obſt.Pollicitatio eſt pars tantum pacti vid.*theſ.*1.R.1.cum *in t.t.C.de Dot. promiſsione* fit mentio nudæ pollicitationis,pars accipitur pro toto;id eſt vt fiat pollicitatio à parte promittentis,& receptio à parte cui illa fit. vid.*l.abſens.ff.de Donat.*2.R. Quemadmodũ in *l. 3.ff.de Pollicit.*Speciale eſt in Rep. vt poſsit ex nuda pollicitatione agere , ita etiam eſt in dote,propter fauorem dotis, & maritationem.

Quam

Quam.L.Adhuc hodie.) Quemadmodum mulieres pro repetenda ſua dote ſemper habent actionem ex ſtipulatu, quia lex fingit eam interceſsiſſe,licet non interuenerit:Sic etiam maritus habet illam actionem pro dote conſequenda.*l.vnic.§.1.C.de rei vxor.act.*

.Vbi tamen rectè ab hoc pactorum genere.) Quia quando ſecundum.*l.* 5..*C.de recept.arb.*Ex pacto compromiſſorio oritur actio, fit hoc duabus ex cauſis. 1. ſi dicatur,Rato manente pacto, tunc enim duo compromiſſa facta cenſentur arg.*l.1.ff.de conſt.pec.* 2. ſi addatur iuramentũ.

An ſubſcriptio Epiſtola ſcribenti praiudicet,ac ſi totam ſcripſiſſet? Diſt.

Theſ.3. Et ſubſcriptio.)Subſcriptio ſcribenti ita præiudicat,ac ſi totam ſcripturã ſcripſiſſet.Prob.per *l.fideiuſſor.§.pater ff.de Pignorib.& §.1.Inſt. de Empt.& vendit.* ibi ſi inſtrumẽta fuerint conſcripta, vel manu propropria contrahentium,vel ab alio quidem ſcripta,à contrahente autem ſubſcripta,Declara.1. Si ſcriptura contineat cauſam aptam & idoneã;alias ſcribens ſibi non adfert præiudicium.2.Fallit in Notario,qui ſcribere,aut ſubſcribere tenetur, ſine ſuo præiudicio. Idque maximè valet,ſi quis ſcripturam ſubſcripſerit ab altero ſcriptam. *L.Emptor.47. §.Lucius.1.ff.de Pact.l.1.§.1.ff.de conſtit.Pec.l.Sicut.§.non creditur.ff.Quib. mod.Pign.vel hypoth.L.Si ita ſtipulatus.§.Chryſogonus ff.de V.O.l.1.§. inter filium.ff.Ad L.Cornel.de falſ.Auth.ſi modo.C. Fam.Erciſ.§.1.Inſt. de Empt & vend.*Quod procedit etiam in pœnalibus. Ratio,quia non eſt differẽtia in pœnalib.& pecuniarijs. Cum ſubſcriptio illa efficiat vt ſcriptura illa propria eſſe dicatur.Cum ſit non ſolum mandato ſubſcribentis ſcripta,ſed etiam propria manu ſubſignata. 1.Obſt. Aliud eſt ſubſcribere, aliud eſt ſcribere,& ſubſcribens dicitur fictè ſcribere.*L.Diuus.§.item Senatus.l.ſi ego.§ dotis.ff.Solut.matrim.* Reſp. *Menoch.lib.3.praſumpt.66.n.9.* Quod cum tota vis approbationis in ſubſcriptione ſit,ſatis eſt illud,in quo ſcripturæ efficacia vertitur,manu debitoris eſſe factum: Et conſenſus elicitur tam ex ſubſcriptione,quam ſcriptura,Fallit.1. Si alieno nomine ſubſcribat;tunc omnis conſenſus ſe obligandi abeſt. Et actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. *l.9.ff.ſi cert.pet.* Quod tamen non procedit,quando ſubſcribit ſe actui,quo iuri proprio detrimentum infert.2. Fallit,quando ratione officij ſe ſubſcribit; vt eſt in Notario, Agnato,qui debet authoritatem ſuam interponere. 3. Fallit,ſi non ſubſcribens legiſſet ſcripturam, quod tamen in dubio præſumi-

Digitized by Google

ſumitur feciſſe 4.Fallit ſi ſubſcripſit, vt teſtis. *Li. B. Exempla. vid. in l. 57.*) Taciti pacti exemplum 1. Qui in futurum vſuras à debitore acceperat, tacitè pactus videtur ne intra id tempus ſortem petat. Obſt. Pactum in vna re, non poteſt in alia nocere vel prodeſſe. *l. 27. §. pactu. ff. h. t.* Atqui aliud ſors, aliud vſura. *l. vlt & tt. C. de vſur. l. 1. & 5. ff. de ſolut.* Reſp vſuræ licet differant à ſorte, non poteſt tamen intelligi, niſi ex comparatione ſortis, vſura, enim dicitur quicquid excedit ſortem.

An redditio Chirographi inducat liberationem? Affirm.

Elegans taciti Pacti.) Per l. 3. *ff. de. liberat. legat.* vbi quando teſtator debitori legauit chirographum, præſumitur liberationē legaſſe. 2. Per. *L. creditricem. C. de remiſſ. pign.* 3. per c. *Eccleſia in fin. vt lit. pend.* Ratio. 1. Qui tradit inſtrumentum rem tradere videtur. *l. 1. C. de Donat.* Rei autem traditio hic nihil aliud eſt, quam ipſa liberatio. *l. ſi mulier. ff. de condict. ob cauſam. l. ſi ſponſalib. §. 1. ff. de iur. dot. l. ſub. prætextu. C. de tranſact.* 2. Cum inſtrumento, vel Chirographo conſiſtit tota cautio, id eſt ius debitoris *L. qui Chirographum ff. de Legat. 3. L. ſeruum. §. pen. l. huiuſmodi. § ſi ita. ff. de Legat. 1.* Creditor ergo, qui debitori reſtituit inſtrumentum, ſignificaſſe dicitur, ſe eo iure amplius vti nolle. Cònf. *l. vlt. ff. de his quæ in teſt. delentur.* 3. Quia creditor tenetur reddere inſtrumentum debitori, debito ſoluto. *L. diſſoluta. C. de Cond. ex lege.* Fallit. 1. ſi fieret non à creditore ſed eius procuratore, quia in mandato generali hoc non continetur. *l. contra iuris. §. vlt. ff. de Pact.* 2. Fallit. Quando ipſe creditor renuntiaſſet inſtrumento, illudque deinde debitori tradidiſſet; nam tunc non præſumitur remiſiſſe debitum. 3. Fallit, ſi prius illud exegiſſet, quod in inſtrumento continetur. vid. *Latius. Menoch. 3. præſumpt.* 140.

Reddidero. Idem eſt, ſi ab alio reddi iuſſerim. *l. 7. C. de remiſſ. pign.* Facto igitur meo aliquo opus eſt, Nec ſufficit, vt Chirographum reperiatur penes debitorem, niſi probet ſibi fuiſſe redditum à Creditore, aut iuſſu Creditoris, Nec ſi reperiatur Cancellatum, quia Cancellatio inducit quidem præſumptionem ſolutionis, ſed non inducit Pactum de non petendo, neque probationem ſolutionis, ſi Creditor manifeſtis probationibus, ſibi adhuc aliquid deberi probet. *l. 24. ff. de Probat.* niſi probaretur à Creditore ipſo cancellatum.

Si reddidero id, in quo.] Sēſus. Quādo in dato inſtrumētū, duo eſsēt ipſi Creditori obligati, puta, tu & alius, tūc reddendo tibi inſtrumentum, præſumitur Creditorem te liberaſſe, etiam cōiectura ſumitur, tibi donaſſe

Digitized by Google

naſſe actionem contra alium debitorem. Prob. per *l. Si is qui duos in fin. ff. de lib Legat. 2.* Per *l. 1. C. de Donationib.* Reſpondent tamen diſſentientes ad *L. Si is qui duos.* nihil eam ad rem pertinere, cum loquatur de liberatione duobus ſocijs debitoribus expreſsim legata. Nec vrget. *d. l. 1. C. de donat,* quia etſi ſub nomine inſtrumenti contineatur ius comprehenſum in inſtrumento, non tamen probat, quod creditor donare ei voluerit etiam alterius debitoris ius. Cum noſtro in caſu præſumptio iuris ſatis verificetur in remiſsione ipſius debitoris, cui traditum eſt inſtrumētū: In caſu vero *dicta. L. 1.* inutilis prorſus fuiſſet traditio inſtrumenti, niſi ea mancipia cenſerentur donata. Reſp. *Menoch. cit loc. n. 6. & 7.* Diſting. Aut is, cui traditum eſt inſtrumētum, non eſt aptus ad procurandum, vt ſi eſt mulier, vel puer, & ipſe creditor ſolitus & aptus iudicia pertractare: vel ſi creditor eſt diues, ille vero debitor pauper, hoc caſu præſumitur etiam donatū creditū alterius debitoris, aut creditor tradidit inſtrumētū illi, qui cōſueuit iudicia tractare & lites peragere, vel ſi creditor eſt pauper ille vero diues. Et hoc caſu præſumitur traditum inſtrumentū, vt is exigat ab altero debitore, & exactum reſtituat.

Quæſt. An pactum in dubio præſumatur in rem. Affir.

Theſ. 4. Litt. E. An vero Pactio in rem.) Hoc non magis (ita enim ibi legendum) quam ex mente contrahentium exiſtimandum eſt. Nam fieri facilè poteſt, vt perſona aliqua pacti verbis inſeratur, nec tamen mens paciſcentium ſit, vt ſit pactum perſonale, vt in *l. 40 ff. de pact.* vbi ad heredes quoque pertinet, ad quos non pertineret, ſi eſſet perſonale. Refertur igitur non ad factum, quod perſonale eſt, ſed ad ius quod generale eſt. Nam ſi verum illud eſt, Te mihi non teneri, illud quoque verum erit nobis mortuis, Heredem tuum, heredi meo non teneri. Quia iure veteri nōdum inductum erat, vt actiones ab heredibus, & in heredes inciperent. *l. vnic. C. vt act. ab hered. & contr. hered.* Quoties igitur quæritur. An pactum ſit in rem vel in perſonam, quæritur quid actum.

In dubio tamen in rem.) Obſt. *l. 56. § 1 ff. de Pact.* vbi dicitur, quod in dubio ſit in perſonā. R. 1. Noſter auctor intelligendus, ex *l. 7. § 8. ff. h. t.* vbi Particula, Plerumque, arguit regulam in contrarium. 2. Ibi non fuit pactum perſonale, nam quod dicitur quod heres non obſtante hoc pacto de non petendo petere poſsit, idem dicitur, etiam de paciſcente, qui non niſi exceptione repellitur.

Obiter & hoc notandum.) Formatur pactum à contractu, & format eundem

Digitized by Google

undem;Solent enim actiones omnes formam accipere ab obligationibus:obligationes autem omnes à Contractibus; Contractus autem ipſi etiã à pactis;poſt contractum,& conſequenter extra cõtractum initis, dummodo facta ſint in continenti,poſt contractum,aut contra,in exordio & primordio Cõtractus, quia qui ſic fiunt, videtur ineſſe ipſi cõtractui, quod veroſimile ſit contrahentes quoque de eo contrahendo cogitaſſe,nec aliter contracturos fuiſſe,vt proinde hoc caſu non poſsit pactum dici nudum,in quo ſcil. ſubeſt negotium illius ipſius contractus.Itaque format,reformat,& transformat contractum.

Q. An pactum cum venditore initum proſit Emptori. Affirm.

Lit C. Cum venditore tamen.) Alias non operaretur pactio venditoris, niſi in Emptore operaretur.arg.*l.ſi quando ff.de Legat.1.* Cum bonæ fidei venditor alienauit,vnde nec habet,nec dolo deſiit habere, Cum ante pactum alienauerit.2.Etiamſi poſt pactum alienet, prodeſt Emptori, quia per cõſequẽs rediret contra venditorẽ,qui de Euictione tenetur. *l.fin.in fin.C.de vſur.rei iud.*

Q. An Pactum reale proſit omnibus,quorum intereſt. Affirm.

Lit. D. Quorum principaliter intereſt? Affirm.) Obſt.Pactũ ab alio factũ etiãſi in rem conceptum alteri non prodeſt,neque nocet.*l.27.§.pacta.in fin.ff. de pact.*quia per liberã perſonam, quæ in noſtra poteſtate non eſt, nobis nihil acquiritur,excepta ſola poſſeſsione.*l.1. C.de acq.poſſ.* Reſp. Per conſequentias tamen hoc fit,quoties nimir. eueniret, vt nec ipſi qui pactus fuiſſet,prodeſſet,ſi non ad alium quoque eius commodum tranſiret; vt euenit in pacto de non petendo inito per debitorem:qui dederat fideiuſſorem. Etſi .n. alia perſona debitoris, alia fideiuſſoris. Cum illa Principalis, hæc acceſſoria, pactum tamen debitoris ipſi prodeſt.Alias fideiuſſor contra eum haberet regreſſum mandati.*l.20.§ 1. ff.mand.l. 46.ff.de fidei.* Aliud eſt ſi fideiuſſor donandi animo fideiuberet.*l.25.ff.de fidei.*

*Quin & ex perſonali.)*Obſt.*l.22.ff.de pact.* vbi perſonale pactum prodeſt reo,non fideiuſſori.Reſp.Ita erat de iure veteri, quo Electionem habebat reus,an cum reo primum agere vellet, an cum fideiuſſore *l.18. l.5.l.16.C.de fidei.*Hodie prodeſt etiam fideiuſſori.*Nouell.4.* vt fideiuſſor habeat exceptionem ordinis, à lege,quod ei per pactum debitoris auferri nõ poteſt. *l.vlt.ff.de pact.*An ergo inutiliter erit pactus debitor?

Nega-

Negatur. Sed nocebit Creditori non tantum quoad reum, ſed etiam fideiuſſorem occaſione magis quam iure. *l.2.ff.de riuis.* Coniuncta nimirum poteſtate conſtitutionis Iuſtinianeæ cum pacto.

Etſi autem.) Fideiuſſoris conuentio nihil regulariter prodeſt reo. *l. 23.ff.de Pact.* 1. Obſt. Fideiuſſor qui tutus eſt exceptione pacti de non petendo, videtur habendus pro eo, qui tametſi non ſoluit, tamen ſatisfecit, cum habeat, quod obijciat Creditori. *l.45.ff.de Adminiſtr.tut.* Atqui Solutio vel Satisfactio per fideiuſſorẽ facta prodeſt debitori. *L. 52.ff.de Solut. l.53 ff.eod.* Sic quoque iuſiurandum prodeſt. *l.28.§.1.ff. de iureiur.* Ergo & pactum *L. 11 ff.Eod.* Reſp. Alia eſt ratio iuriſiurandi. Alia Pacti de non petendo, etiam in rem concepti. Iuſiurandum enim etiam loco ſolutionis cedit. *l. 28.§.1.ff.de iurei.* id eſt, ſi fide iuſſor iurauerit nõ ſe nihil debere, ſed imperſonaliter nihil deberi. Nam & iuſiurandum eandem vim habet, quam res iudicata. *l 2.ff. Eod. l. 25.ff.de ſtat.hom.* At pactum de non petendo nunquam afficit ſubſtantiam obligationis, ſed tantum exercitium, aut potius efficaciam actionis, cuius tamen integrum ius relinquit. E. non cedit loco ſolutionis. *l.54.ff.de ſolut.* Quid ergo? Prodeſt tantum ad hoc, vt actio illa per exceptionem elidatur, quia nim. ita fieri intereſt paciſcentis, qui nec aliam ob cauſam pactus fuit, quam vt eam exceptionem acquirendo ſibi conſuleret. *l. 27.§.1.ff. h.t.* Atqui nihil intereſt fideiuſſoris liberari debitorem, etiamſi enim is condemnetur, fideiuſſor non fit pauperior. idem R. Ad *l.13. l. 7. ff. de Accept.*

Doli tamen exceptionem habere poteſt.) *l.25.in fin.& l.26 ff.de Pact.* Scilicet in illis caſibus, in quibus exceptio pacti locum habere non poteſt. *l. 20.§.vlt.l.16 ff.de Pact.* Alias hæc competit, 1 Obſt. Alteri per alterum actio acquiri non poteſt. Reſp. Aliud eſt in Exceptione quærenda, & aliud in actione. *L.fauorabiliores.ff.de R.I.L.Arrianus ff.de O. & A.* 2 Reſp. Fideiuſſor hic plane extraneus non eſt. *l.ſi tibi.§.ſi pactus ſim.ff.h.t.*

Q. An Ebrius obligetur ex delicto? Diſting.

Theſis 5. Sicut & ob delicta.) Ebrius furioſo ſimilis eſt. Ergo ſi delictũ commiſerit clementius erit puniendus. *l.omne delictum. §. per vinum.ff. de Re milit. l.reſpiciendum.§ delinquunt ff.de Pœn.* quem text. *Bald.in c.à crapula.de vita.& honeſt.Cleric.* ſingulare facit ad hoc, quod delinquentes per ebrietatem non dicũtur ſtudioſè delinquere, ſed impetuoſè. Excuſat

cuſat igitur ebrietas à dolo, non à culpa, & ideo non puniendus eſt pœna ordinaria: Cæterum ſi ſine culpa fuiſſet factus ebrius, puta, quia ſocij ipſo inſcio ſal in vinum conieciſſent, tunc crederem ipſum eſſe à culpa & à dolo prorſus excuſandum. vid. *Clar. lib. 5. §. fin. quaſt. 60. verſ. Præterea quaro.* Ebrius non punitur propter culpam criminis in ebrietate cõmiſsi, ſed propter ipſius ebrietatis cauſam, in qua culpã habuit.

Q. An Ebrius ex hac culpa ſit irregularis?

Neg. 1. Quia Ebrius furioſo ſimilis eſt. *c. venter. 35 diſtinct.* Sed furioſus nõ eſt irregularis, per *Clem. Si furioſus. de Homid.* E. nec Ebrius. Obſt. Quod per nimiam potionem accidat ebrietas, & ſic culpa ipſius Ebrij. Reſp. Poſſe Furorem etiam contingere ex culpa furioſi, per *c. ſi quis in ſanctis. 15. q. 1. 2.* Prob. Homicidium ab ebrio commiſſum, eſt ab eo cõmiſſum qui vſu rationis caret, & idcirc. irregularitatem non inducit magis, quam in infante, aut dormiente. Nõ punitur igitur Ebrius propter delictum commiſſum in ebrietate, nec de ipſo delicto, ſed de illa ebrietate, quæ maiori eſt digna pœna, ex eo quod criminis cauſa fuerit, licet remota. Hoc patet in *c. inebriauerunt 15. q. 1. ex Auguſt. lib. 22. contr. Fauſt. Manich. c.* 44. Inebriauerunt inquit Loth filiæ eius, & ſe neſciente miſcuerunt, quapropter culpandus eſt quidem, non tamen quantum ille inceſtus, ſed quantum illa ebrietas meretur. Hinc *Ambroſ. lib. de Abraham Patriarcha. c 6.* ita ſcribens. Ideoque ſi qui per vinum deliquerunt, apud ſapientes iudices, venia quidem facta donantur, ſed leuitatis damnantur Authores. vid. *c. 15. q. 1. 1.* Obſt. Sic crimina manerẽt impunita. Reſp. Delicta commiſſa in ebrietate puniuntur non ex ratione propria, nec ſecundum ſe, quia tunc omnia ſunt inuoluntaria, ſed ratione cauſæ, quæ voluntaria fuit, & ab illa denominationem accipiunt. Non enim culpatur coitus Loth ratione & nomine inceſtus, ſed nomine ebrietatis, veluti circumſtantia quædam ebrietati coniuncta, non igitur nouam committit culpam. 3. Prob. In homicidio ab ebrio commiſſo ſunt tres euentus inſpiciendi. 1. Ipſa potatio. 2. ipſa Ebrietas. 3. ipſa hominis occiſio: In primum autem actum fertur hominis voluntas indirectè, & per accidens. non equidem directè & per ſe. *Thom. 12. quaſt. 76. art. 4.* In 3. ſc. hominis occiſionem nec per ſe, nec per accidens voluntas fertur, alioquin ſi adhuc indirectè eſſet voluntarius actus cõtingens in ipſa ebrietate profecto imputaretur ebrio. *contr. c. inebriauerunt.*

Digitized by Google

*runt c.15.quaſt.*1.4. Prob. Ebrius etiamſi culpa ſua inebrietur, illa culpa quæ fuit in illa voluntate volendo inebriari, aut nõ adhibendo diligam. debitam ad vitandam ebrietatem, non eſt cauſa proxima, nec immediata illius occiſionis, ſed mediata &, remota. E. Homicidium per ſe non oritur ex ebrietate. 5. Prob. per c. *Quia diuerſitatem. de Conceſſ. prabend.* vbi culpa minimè imputatur ad euentum poſtea ſecutum. quia ea fuit admodum remota. Aliud tamen eſſet, Si ebrius conſueuiſſet in ebrietate arma ſumere, & homines percutere, atque offendere. Etenim tunc ipſe ebrius per ipsã potionẽ immoderatã operã dat rei illicitæ. *l.38.§.5. ff. de Pœnis*, idcirco irregularis erit. Hinc patet quomodo ſit accipiendũ, quod ſcribit. *Ariſt. lib.3. Ethic. c.5.* Ebrijs duplices pœnæ inſtitutæ ſunt. Altera propter ebrietatem: Altera propter crimen in ebrietate commiſſum. Vtraque verò pœna propriè ratione ebrietatis infligitur, ſiquidem ſecunda pœna adijcitur ob circumſtantiam ex delicto in ebrietate commiſſo prouenientem, quæ circumſtantia ipſam ebrietatem aggrauat. *Couarr. Part.3. in clem. Si furioſ. tom.*1.*n.*3. Amplificatur. 1. Etiãſi ſtatuto eſſet cautum, quod delinquens nullam conſequatur miſericordiam, adhuc ob ebrietatem mitior pœna imponenda erit. 2. Etiamſi Ebrius delinquat contra perſonam Principis. *l.1.C. Si quis Imp. maledix.* Fallit. 1. in eo, qui leui ebrietate affectus eſt: Nam illi non minuitur pœna ordinaria. 2. Fallit in eo, qui data opera factus eſt ebrius, & deliquit. Eſt enim ebrietas, affectata, doloſa, & pœna graui digna. 3. Fallit in Ebrio, qui dum in ebrietate deliquit, effectus deinde cõpos mentis, gloriatur ſe illud facinus perpetraſſe: Nam iactatio illa efficit, vt ratum habere videatur, quod malè egit. *Menoch. lib.2. de arbitr. iudic. c.*326. vid. Plur. apud. *Valent. Franc. in tr. de fidei. c.2.n.*43.

Q. An Pupillus ex contractu ſine tutoris authoritate celebrato obligetur naturaliter, ſi non locupletior factus? Neg.

Lit. B. Naturaliter verò tum demum.) Obſt. *l.25.§.1. ff. Quand. dies legat.* Reſp. Diſtingui oportet, vtrum pupillus obligari debeat reſpectu ſui, an. v. Reſpectu alterius, reſpectu ſui naturaliter obligatur, quoties locupletior ſit redditus, ſi non ſit redditus, non obligatur. Reſpectu alterius naturaliter, obligatur, licet non ſit redditus locupletior, qua ratione interpretamur. *d.l.*25. Eo quippe loci obligatur quidẽ

Digitized by Google

naturaliter pupillus,non reſpectu ſui, ſed habito reſpectu ad heredẽ & legatarium, cui illud legatum,nempe debitum pupilli relictum eſt.Et ita quaſi per alium habilis efficitur perſona pupilli, vt naturaliter hoc modo obligetur,quod ipſe pupillus per ſe ſibi præſtare non poſſet. Sic in ſimili Pupillus,qui nouationem facit debiti alterius,eiuſque obligationem in ſe transfert,ratione ſuæ perſonæ naturaliter non obligatur, attamen cum conſenſerit,ratione creditoris & debitoris, quorũ prior obligatio nouata atque ſublata eſt,interuentu perſonæ pupilli naturalem dicitur contraxiſſe obligationem, adeo vt ſi debitum nouatum ſolueret,ſolutum repetere non poſſet,quia naturaliter debuit. *§. pen. Inſt.Quib.mod.toll.oblig.* Et ita conſtituenda facti ſpecies. in *l.* 1. §. 1.*ff. De Nouat. Diſſ.* Cuiac. 127. *ff. de V. O.* qui vult eiuſmodi nouatione rem pupilli auctam eſſe. Cuius tamen non apparet veſtigium. Eodem modo iudicandum, de L. 59. §. 2. *ff. de Solut.* Vbi Creditor pupilli, qui adijt eius hereditatem id quod ei ſine authoritate tutoris credidit,ſolidum in Falcidiam imputat atque retinet, non ſecus ac ſi ipſe Pupillus ſolidum ipſi ſoluiſſet. Nam aditio hic loco ſolutionis eſt, R.Pupillum hic ab initio reſpectu ſui naturaliter obligatum non fuiſſe:reſpectu hereditatis,quam Creditor adijt, poſtmodũ naturalem obligationem ſubeſſe,Antequam Creditor heres factus eſt, ſi pupillus ſoluiſſet,repetitioni fuiſſet locus.*l.quod pupillus.ff. de Condict. indebit*. Poſtea non item.Eadem diſtinctione adhibita reſpondendum erit.*ad L.21.ff.Ad l.Falcid.& l.64.ff.Ad Trebell.*

Q. An minor ſine curatore obligetur. Affir.

Lit.C.Puberes vero.)Reſp.1.*Accurſ.*Qui verba illa intelligit de minore, qui non habet curatores.Quod tamen verbum (ſuis) non ad perſonã, ſed actum refertur.2.Reſp.Ipſum obligari naturaliter. *Bart.in l.1.ff.de nouat.* Sed refutatur. Quia dicitur ex ſtipulatu obligari & verba in potiori ſignificatu accipienda. *l. 1.ff.Si ag.vectigal pet.*3. Reſp.Quidam. L.loqui de pubere generalem curatorem non habente, ſed plures ad actus ſpeciales.Refutatur,hoc eſt diuinare.4.Reſp.*Niell.cit.loc.* Minorẽ poſſe obligari in illis caſibus in quibus facit conditionem meliorem. Hæcque ſententia probatur per inſcriptionem.*L.* Et eſt hæc*L.Modeſtini de præſcriptionibus.* quo tractatu non eſt dubium ipſum egiſſe de omnis generis exceptionibus,præſcriptio enim exceptionem ſignificat.

Q. An

Q. An Prodigus obligetur. Neg.

Lit. D. de Prodigis.) Eſt enim furioſo ſimilis *l. Fulcinius. §. idemq. ff. Ex quibus cauſis in poſſ. eatur. l. 40. ff. de R. I. l. prædia. ff. de reb. eor. l. 1 ff. de cur. furioſ. dat.* Ideoque ipſi etiam non petenti curatorem dari ac exemplariter ſubſtitui poſſe, verum eſt. Largorum, teſte. *Cic. lib. 2. de offic.* duo sũt genera. Quorum alteri liberales, alteri prodigi vocantur. Liberalibus hic eſto commendatus modus, qui præſcribitur Proconſuli in *l. 6. §. 3. de offic. Proconſ.* Xenia accipere debemus. &c. Prodigus eſt, qui neq; tempus, neq; finem expenſarum facit. *l. 1. ff. de cur. fur.* in ijſq; furioſum facit exitum. *l. his qui §. fin. ff. tut. dat.*

Quibus bonis à magiſtratu.

An Prodigo ipſo iure interdicatur. Neg.

Primis quidẽ tẽporibus more quodã ciuitatis bonorũ adminiſtratio ipſo iure illi intercluſa erat: quod ius vtpotè antiquiſsimũ ad L. 12. tab. redactum eſt, vnde & in curatione agnatorum eſſe iubetur. *§. furioſi. Inſt. de Curat.* Ad ius iſtud antiquiſsimum omnes LL. quæ prodigum ab adminiſtratione repellunt, adaptandæ ſunt *l. 1. ff. de Cur. furioſ. dat.* Sed quia probabiliter ignorari poterat, quando quis pro prodigo haberi debeat, poſtea obtinuit, vt non ipſo iure, ſed præeũte inquiſitione & à Magiſtratu declaratione facta, interdictio fiat. *l. 1. l. Iulianus. ff. de cur. furioſ. dat.* Cuius formula deſcripta extat, apud *Paulũ. lib. 3. ſent. tit. de Teſtam.* his verbis. Quando bona tua paterna, habitaq; (habita, hoc eſt auita) nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico. vid. *Cagnol. ad l. 40. n. 8. de Reg. iur.. Valent. Frãc. de fideiuſſor. c. 2. n. 53.*

Theſis. 6. lit. C. Quid ſi mulier. Si vxor & maritus vna obligati fuerint, præſumitur totum mutuum potius ad maritum, quam ad vxorem perueniſſe, nec mulier interceſsiſſe creditur. *l. 13. C. Ad Setm. Maced. l. 17. §. fin ff. Eod.* Niſi in quantum probatum fuerit perueniſſe; cum penes maritum ſit tota adminiſtratio; Id quod & in terris Saxonicis locum habet. *Valẽt. Franc. c. 2. De Fidei. n. 253.*

Q. An Maritus poſsit vxori paciſci. Neg.

Lit. E. Etſi maritus vxori.) Etſi maritus vxori paciſcatur, ſc. non acquirit. *per l. 6. C. ſi quis alteri vel ſibi vel alterius nomine.* vbi Maritus rem ab initio comparat vxoris nomine, cui res quæritur; Ne dicas marito: quia vxoris nomine aſſumpto contraxit: Ne dicas vxori, quia al-

Digitized by Google

teri nemo ſtipulari poteſt. Cuinam igitur? Ei cui prius poſſeſsio à Domino tradita fuerit, vxori vel marito ſcilicet: Regula igitur eſt; Quod Emens ſuo nomine, fiat Dominus rei emptæ, licet aliena pecunia. Fallit. 1. in minore. *l. 2. ff. Quand. ex fact. tut. vel cur.* 2. in milite. *l. ſi vt proponis ff. De Rei vendic.* 3. in re dotali empta à marito ex pecunia dotali. *l. res. ff. de iur. dot. Sicb. ad tit.* 50. 4. *Cod.* Quas tamen limitationes author non admittit. in *diſp.* 15. *in fin. vid. l.* 10. *C. de diſtr. pign.* vbi dicitur, quod nummis vxoris pignus acquiſitum, non ſit vxoris. *l. 26. C. de pignor.*

Q. An Pater filio, vt heredi poſsit paciſci?

Lit. F. *Scilicet ſuper ea obligatione)* Pater poteſt filio tantum paciſci, vt heredi. Obſt. Quando pater ſtipulatur filiæ poſt mortem ſuam, acquirit ei vtilem actionem ex ſtipulatione; licet filia non exiſtat heres patri. *l. 45. §. ſi quis ita. ff. de V. O. l. 7. C. de pact. Conv. tam ſup. dot.* Hoc enim affectioni perſonarum indulgetur. *l. 45. in fin. ff. ſolut. matrim.* Ergo idem erit in pacto, quia facilius eſt acquirere alteri exceptionē, quam actionē *L. 1. in pr. ff. De pign.* R. per filiam patri acquiri poteſt; cum eam habeat in poteſtate, nó côtrà. *l. 4. C. De Pact. côv.* Aliud tamen eſt in ſtipulatione in qua ius verſatur, in Pactis. v. factum. *l. 27. §. pactus. ff. h. t.* hæredes. a. ſunt iurium omnium ſucceſſores. *Cuiacius*, tamen putat filiæ dari exceptionem doli ex hoc pacto patris.

Lit G. *excipiendi tamen ab illa regula)* Obſt. Pacta ſunt facti, Et non poſſūt in perſona ſerui conſiſtere *l. 41. ff. de pecul.* Ideo non tranſeunt ad patrem, vel Dominum. *l. 44. ff. de condit. & dem.* R. In pacto nil niſi factum verſatur; ſed tamen exceptio, quæ ex pacto naſcitur non niſi iuris Prætorij eſt, cuius non magis capax ſeruus, quam iuris ciuilis. *l. 7. ff. Ad l. Cornel. de falſ.*

Q. An valeat pactum inter Aduocatum & clientem de quota litis. Neg.

Theſis. 7. lit. C. Sic non valet pactum) Scilicet inter aduocatum & clientem de quota litis, hoc eſt; ſi quis mercede accepta alienam litem agendā ſuſcipiat, quaſi ſuā ſub pactione tertiæ vel dimidiæ partis, quod LL. vetant. *l. 20. C. mand. L. Litem. c. de Proc. l. 5. C. de poſtul. l. ſumptus. ff. de Pact l. 1. §. ſi cui cautum. ff. de var. & extraord. cogn.* hoc enim eſt Ἐργολαβεῖν, id eſt, litem redimere. *Cuiac.* 8. *obſeru.* 31. *L. de Sncto. ff. Ad L. Iul. de vi Priu.* Obſt. 1. Cum in vtramque partem par ratio dubij euētus ſit, neuter lædi videtur. *l. 1. C. de Pact. l. 11. C. de Tranſact. l. 12. C. de inoffic. teſtam.* Nec quiſquis

quiſquis audiendus eſt petens ex euentu id, cuius contrarium non fuerat in contrarium caſum poſtulaturus: *L.pen.C:de ſolut.* Atqui euentus litis ſemper dubius eſt. *l.1.ff.de tranſact.l.65.§.1.ff.de cond.indeb.l.51.ff.de pecul.* E. tam facile eſt, vt hoc pactum noceat Aduocato, quã vt proſit, Quid.n.ſi ea lis amiſſa ſit, in qua ſumptus erogauit. Annon erit commodum Domino, quod huiuſmodi pactione liberatus. Rurſus, quid ſi miſer litigator, quod plerumque euenit, non habeat aliunde, ex quo poſsit refundere, Cur hanc acquirendæ liberationis viam ei præcludemus? Cum liceat aliud pro alio ſoluere: *l.5.§.1.ff.de reb.cred.* volenti ſcilicet creditori. *l.17.C.de Solut.* Denique cur non iuſta & honeſta eſſet ratio cuiuslibet exigendæ & repetendæ ex conſenſu debitoris pecuniæ, quæ iuſtè debeatur. Atqui ſumptus ab Aduocato in litem erogari honeſtum eſt: E. & hoc pactum. R. Quod honeſtè debetur, iuſtè ſoluitur, ſed nõ ſunt honeſti omnes modi, per quos eiuſmodi ſolutio extorqueatur, etſi adſit conſenſus debitoris: Nam ſi in eam rem fiat pactum, contra bonos mores eſſe creditur *l.5.C.De Poſtul.l.20.C.mand.* quod euentus litis redemptus eſſe videatur. *l.15.C.De Procur.* Nec aliud eſt, ſi non de quota litis pactum ſit interpoſitum, ſed de certæ pecuniæ quãtitate, in euentum bonum litis. *l.7.ff.mand.* Quia vtraq; res mali exempli eſt, Sed an, quod ea pactione inuitetur Aduocatus ad delinquendũ, id eſt, ad litem calumnioſè perſequendam? vt vult Bart. Non puto, ſed potius quia vtroque caſu lis perinde redimitur: quod non ferre poteſt legislator, Adeo ille lites execratur. *l.4.§.1.ff.de Alien.iud.mut.cauſ. l.21.ff.de Reb.credit.l.34.C.Mand.* Aliud, ſi Aduocatus paciſcatur ſimpliciter de certa quantitate, nullo habito reſpectu ad litem: neque ad rẽ, neque ad euentum litis: Semper enim bonã fidem præſtare Procurator debet in reddenda ratione ex litibus. Ex bona.n. fide eſt, vt omnia, quæ accepit, reddat. *l.46.§.Procurator.ff.de Procur.* Mandatum non debet eſſe gratuitum. *l.29.C.Mand.* Planè poteſt etiam Aduocatus palmarij ratione pro ſingulis cauſis paciſci, vſque ad 100. aureos. *l.1.§.ſi cui cautum ff.de Extraord.Cognit.*

Q. An valeat pactum inter medicum & Aegrotum? Neg.

Quid de Pacto inter ægrotum) Per L. *Medicis ff.de Extraord.& var.cognit.* Quia lex præſumit, quod infirmus ſolicitatus per eiuſmodi medi-

cum ad promittendum, quidvis promitteret metu, ne ab eo aut deſeratur: aut malè curetur, quæ ſi etiam grauat, & cum pernicie ægroti trahat morbum, vt plus ſibi à teſtatore ægro relinquatur, relictum non conſequitur. *Petr. Peck de Teſtam. coniug. lib. 1. c. 3. num. 9.* Exempla Pactorum inter Medicum & ægrotum pete ex. *Camer. cent. 1. cap. 4.*

Q. An pactum ſucceßionis renuntiatiuum valeat. Neg.

Theſ. 8. lit. A. Illud eſt de ſucceßione) Pactum ſucceſsionis renunciatiuum non valet. *l. 3. ibi* DD. *C. de collat. l. fin. ff. de ſuis & legit. l. 19. & l fin. C. de pact. l. 93. ff. de acquir. hered.* 1. quia eſt contra bonos mores 2. Ius futurum pro modico & facilè remitteretur. Lex. a. vtilitatib. ſubditor. hic prouidet. 3. Iuri de futuro competituro renuntiari non poteſt. *l. 93. ff. de acquir. hered. l. 46. §. ſi ſub conditione. ff. De legat.* 2. Obſt. l. *Si quando. §. fin. C. De inoffic. teſt.* R. Aut filius recepit quantum ei ſatis eſt ad legitimam, & contra Patris teſtamentum venire non poteſt. *l. 1. §. ſi parens. ff. ſi à par. fuer. man.* Aut minus accepit, & contrauenire poteſt, quoad ſupplementum. Continet igitur hoc pactum votum captandæ mortis, vel liberam teſtandi facultatẽ adimit. *l. licet. C. de Pactis.* quæ iuris eſt publici. *l. 3. ff. qui teſt. fac. poßint.* neque ideo in priuator. commercio. *l. ius publicum. ff. de Pact. Obſt.* Sed militis pactum de futura ſucceſsione valet *d. l. licet.* R. Cõmunis mortis fortuna, & periculum votũ captandæ mortis tollit, eiuſq; volũtas quolibet modo prolata, iure militari vim teſtamẽti habet. *l. 1. ff. de mil. teſt.* Atqui hæreditas teſtamẽto datur, nõ pacto, cũ ſit ius familiæ. *l. pronũciatio. §. fin. ff. De V. S.* Quẽadmodũ pacto nec acquiritur, ita nec viuentis repudiatur. *l. qui ſuperſtitis ff. de acquir. hered.* Cum ſuperſtitis nulla ſit hereditas. *l. 27. ff. eod.* Eademque eſt inciuilitas in renunciando, quæ in acquirendo; cum commercio hæc res ſit exempta & iuris publici ſit. Obſt. *§. fin. Inſt. De legit. Agnat. ſucceſſ. l. cum Patrem. C. De iur. dot. l. 3. §. 1. ff. Pro Socio. L. fin. C. de Pact.* R. Pactum de acquirenda vel omittenda hereditate non valet. De conſeruanda ſucceſſione lege vel iure debita, nemo paciſci prohibetur, vt & de diuidenda, ceſſante inciuilitate.

Q. An hoc pactum iuratum valeat? Neg.

Verius tamen eſt) Quia iuſiurandum ſequitur naturam ſui actus. *l. 5. C. de LL. Obſt.* Sed de iure Canonico toties iuramentum ſeruandum, quoties ſine detrimento æternæ ſalutis obſeruari poteſt, nec lædit ius alterius.

alterius. *c. licet. De iureiur. in 6. c. cum contingat X. eod. c. quamuis de Pact.* R. Sed tamen Comes eius debet eſſe veritas, iuſtitia & iudicium. *c. Etſi Ext. de iureiu.* naturalis turpitudo, & peccati ſuſpicio, quæ ex malis oritur moribus & omnis mali radice auaritia vim eius ſiſtit & impedit. Obſt. Filia iureiurando poteſt renuntiare patris hæreditati viuentis. *c. quãuis de Pact. in 6.* R. Etſi illud moribus ciuilib. aduerſetur, non tamen Canonicis, quippe ſine detrimento æternæ ſalutis, ſineque ſuſpicione mali obſeruari poteſt, neque lædit ius alterius, maximè cum conſecuta ſit ſuam legitimam iure naturæ debitam. Boni mores aliter à LL. aliter à Canonibus obſeruantur. Contra bonos mores Canonicos ſunt, quæ natura improbantur & peccatum fouent. In renunciatione ſola ciuilis verſatur honeſtatis ratio: in acquirẽda hereditate viuentis ſuſpicio latet peccati. Canones. n. non tantùm à peccato, ſed etiam ſuſpicione peccati alienos & vacuos eſſe cupiunt. *Goed. cit. loc.*

Q. An Donatio reciproca inter coniuges valeat? Aff.

Lit. B. Quod idem inter coniuges fieri poſſe) Per *c. 1. §. filij nati & ibi. Bald. Si de feud. defuncti. content. Auth. ſed hodie infra ibi, (pactis dotalibus inſtrumentorum in omni caſu viro ſeruandis)* C *de Adult. Prob.* 1. Quia alias donatio, quæ excedit ſummam. 500. aureorum ſine inſinuatione non valet. *l. ſãcimus. C. De Donat.* Tamen donatio viciſsitudinaria non indiget donatione. *iuxt. Salicet. & alios in l. fin. C. de Pact.* 2 Quando conuenit ne venditor teneatur de Euictione, nihilominus tenetur re euicta ad præſtationem & reſtitutionem pretij. *L. Emptor §. fin. ff. De Act. Em pti.* vbi tamen eſt mutua traditio, & ita eſt conuentum ad pretij reſtitutionem, re euicta non tenetur iuxt. *gloſſ. ſing. L. familia. C. Fam. Erciſc.* 3. Quia licet ex inſtrumẽto promiſſorio, cauſã nõ continente, iure ciuili nõ naſcatur actio. *l. iuriſiurandi. ff. de op. libert.* Si tamen partes viciſsim iuramento firment promiſsionem, aliud eſſe. *Bald. in c. 1. De pac. iuram. firmand.* 4. Donatio viciſsitudinaria valet inter coniuges ſtante matrimonio. *l. de fideicommiſſo. C. de Tranſact. l. quod. a. §. ſi vir. ff. De donat. int. vir. & vxor.* E. à fortiori valet pactum illud in donatione ante nuptiali factum. *l. 1. & ibi Bald. C. ſi aduerſus dotem.* 5. Honori matrimonij illud tribuendum, quia res eſt admodum fauorabilis. *c. vlt. de Condit. appoſit.* in cuius fauorem multa ſpecialiter ſunt ſtatuta. *l. 1. ff. ſolut. matrim.* Et propterea, cum conuentio iſta cohæreat matrimonio videtur tranſire in naturam eius

cui

Digitized by Google

cui coniungitur.*L.ſi tibi rem.ff.De Præſcript.verb.* Obſt. Hoc Pactum eſt captatorium alienæ mortis.*l.Pactum quod dotali.l.licet.l.fin.* C.*de Pact.l.ſtipulatio.ff.de V.O.* R. Hæc pacta sũt viciſsitudinaria & continent reciprocationem.Inſt.Sed nec ea valent, niſi ob incertitudinem.*l. de fideicommiſſo.C. de Tranſ.*R Hoc fauori matrimonij tribuitur.Inſt:fauorabilior eſt cauſa liberi arbitri.*l.1.C.de SS. Eccleſijs.* R. Hoc pactum induit naturam vltimæ voluntatis.*Vid.Diſſ.Petr.Peck.de teſtam.coniug.l.2.c.7.per tot.*

R. An Pactum de ſucceſsione tertij incerti valeat? Affir.

Lit.C. Eiusq; incerti) Hoc valet.*l.3.§.2.ff.Pro. Socio.* quia ceſſat tunc votum captandæ mortis alienæ. Obſt.*c.2.De conceſſ.præb.* vbi non approbatur promiſsio beneficij etiã incerti hominis.R.*Rainatus inc.quãuis.De Pact.n.12.* Pactum huiuſmodi inter ſocios conceptum valere, quod alter non promittat,ſe alteri hereditatem relicturum,ſed rerum dũtaxat hereditariarũ participem facturum,ſi qua hereditas illi ab inteſtato obuenerit:neque eo caſu neceſſarius erat conſenſus illius de cuius hereditate ſocij conueniebant, cum incertus eſſet, atque ab inteſtato ad eos peruentura hereditas.Vid.*Dauth ad l.fin.C.de pact.c.2.num 116.*Et huic conſentit.*Author.*

Q.An ſi ſit de ſucceſsione certi conſentientis valeat? Affir.

Vel Certi) Quod tunc valet,ſi conſentiat.*L.fin.C.de pact.* Hic tamen conſenſus non habet vim teſtamẽti,vocantur enim paciſcentes ad ſucceſsionem ex teſtamẽto vel ab inteſtato,ſed executio non fit ſecundum partes ex teſtamẽto, vel ab inteſtato delatas,ſed ſecũdũ conuentionem. Quod verùm,ſi ante pactionem teſtamẽtum cõficiatur. At ſi is,de cuius ſucceſsione agitur poſt præſtitum aſſenſum teſtetur,à conſenſu adhibito receſsiſſe intelligitur.1.Obſt. Non poteſt quis cum alio pactum facere acquiſitivum de ſua hæreditate. R. Sed tamen poteſt pactum componentib. aſſenſum præſtare.Ratio diuerſitatis, Quia ſi pactum acquiſitivum,vt pactum ſubſiſteret,libera teſtandi factio paciſcenti tolleretur.At qui alijs conſentit,libertatẽ ſibi teſtamẽta conficiendi reſeruat.Ita *Dauth.ſupr.cit.loc.n.*119.2.Obſt.cur Titius & Seius in *d.l.fin.C.de Pact.*Cum cognati Ciceronis eſſent, paciſcebantur de illius hereditate inter ſe diuidenda.Nam ſi in æquali gradu erant, poterant hæreditatem æqualiter ſperare,ſi v.alter proximior erat, damnum ex pacto pa-

Digitized by Google

ſcto patiebatur, cum ſolus ſucceſſurus eſſet. R. *Rainatus. dict. loc. n.* 14. Non ab inteſtato ſperabant hereditatem, ſed cognationis iure dilecti à Cicerone poterant heredes inſtitui: ſic enim fieri ſolet, vt qui ex nobis vel maioribus noſtris progeniti ſunt, extraneis ſæpè teſtamento, ab inteſtato. a. perpetuo præferantur. *L. fin. C. de fideicom.* Itaque Cicero ſi vel Titium, & Seium inſtituiſſet heredes, vel alterum tantum, conſentiebat his paciſcentibus de hereditate inter eos diuidenda, quod pactū ita demum valebat, ſi vel vtrumque aut ſaltem alterum hæredem ſcripſiſſet, ſed ex eo conſenſu neutri tenebatur Cicero hereditatem relinquere, quam fruſtrà promiſiſſet vid. *l. ſi quis ſeruum. ff. De Act. Empt.* Accurſius ſcribit hoc pactum valere propter contractum venditionis præcedentem per quamdam conſequentiam. *l. 1. ff. de Auth. tut. l. 21. ff. de contrah. empt.*

Q. An Pactum de futura ſucceſsione valeat? Diſting.

Lit. E Si tertio illo inuito.) Non valet hoc pactum. Nota igitur diſtinctionem. Aut pactum fit de hereditate mortui, quem paciſcentes mortuum eſſe ſciunt, & tenet, etſi hereditas nōdum competat, ſed competitura ſit. *l. 1. & l. cum proponas. C. de Pact.* Aut fit de hereditate viuentis, & vel incerti, & valet. *l. 3. §. de illo ff. Pro Socio*: Aut certi, & tū aut fit ex neceſsitate præcedentis tractatus liciti, atque in executionem eius, & valet *l. 24. ff. de Act. Empt*; Aut pactum non fit ex neceſsitate contractus præcedentis, ſed venit per aliam quandam conſequentiam, ſub vniuerſitate contractus liciti. *l. 2. §. 1. ff. De hered. vel act. vendit.* Aut Pactum non venit per aliquam conſequentiam. Et tunc aut pactum eſt liberatorium creditorum, cum filio debitoris paciſcentium, & valet. *l. 8. §. idem probat. ff. De Pact.* Aut non eſt Pactum, quod talem liberationem, ſed obligationem aliamve diſpoſitionem circa res hereditarias tertij continet; Et tunc habet locum deciſio. *L. natura fin.* vt diſtinguamus, vtrū ignorante eo, de cuius bonis agitur, an ſciente fiat, & ſi ſciente vtrum conſentiat, & in conſenſu perſeueret, an non *vid. Dauth. cit. loc c. 2. n.* 108.

Etſi iuratum ſit) 1. Pactio contra bonos mores inita iure iurādo non confirmatur. *L. fin. C. De LL. l. ſi quis inquilinos §. vlt. ff. De leg. 1. c. non eſt obligatorium. De R. I. in 6.* hæc. E. pactio iuſta non eſt, nec iuramento firmari poteſt. *L. ſtipulatio hoc modo. ff. de V. O.* Obſt. Ius Romanum à iure Pontificio in multis caſibus emendatur quando igitur

Digitized by Google

ius iurandum neque animæ iurantis nocet, neque alteri quam iuranti damnum parit *c. licet. in fin. De iureiu. c. cum contingat. ſupr. Eod. tit.* Reſp. Hoc pactum delinquendi cauſam præbet: mouetur enim ille, cui promiſſa hereditas, vt mortem alterius ſollicitet. *Adeoq́, Pactum dotali inſtrumento)* Obſt. 1. Non videtur neceſſarius conſenſus filiæ propter confidentiã, quã habere videtur Lex de patre *l. 7. in pr. ff. De curat. furioſ.* Reſ. Lex in dubio confidit de patre. At ſi aliquid in maſculorum fauorem & filiarum præiudicium moliatur aliud erit. *Dd. in d. l. fin. C. de Pact.*

2. Obſt. Renuntiatio hereditatis continet & renuntiationem dotis. Dos. n. & alimenta non ſuccedunt in locum legitimæ, cum illa debeantur in vita, hæc demum poſt mortem Reſp. *l. 15. C. de Pact.* ait renuntiationem factam ita quod velit eſſe dote contenta. argumento igitur à contrario ſenſu & deficiente conditione non valet. (2. Quia hæc. L. eſt correctoria. *L. Pactum C. de collat.* Ergo debet ſtrictè intelligi. *l. 1. C de inoffic. dot.* (3. Propter dotem inueniunt viros facilius. *Auth. De æqualit. dot. l. 1. ff. ſolut. matr.* (4. Dos ſuccedit in locum legitimæ, ex qua alimenta ſuſcipiuntur. *l. quiſquis. C. Ad L. Iul. maieſt.* Sed non valet pactum etiam iuratum, quod pater non alat filium (5. Pater aſtringitur filio *c. afferte X. de Præſumpt.* E. tale pactum non eſt obligatorium. 6. Alias do lus patris interueniret.

Quod ſi filia patre) Quia moriens ab inteſtato videtur vocare venientés ab inteſtato. *L. conficiuntur ff. de iur. Codicill.* Sed ſi pater ex teſtamento vocaſſet filiam ipſa non obſtante iuramento admitteretur ex tali iure nouo ſibi competenti. *c. cum inter de renunc. l. ſi mater §. eandem. ff. de Except. rei iudic.* 1. Obſt. Renunciatio generalis includit cauſam tàm teſtati, quam inteſtati. arg. *l. 1. §. ſed videndum. ff. De ſucceſſ. edict.* Reſp. Patris voluntas hic probatur mutata, per teſtamẽtũ. *c. maiores de Baptiſ.* In certis. a. non locus eſt coniecturis. *l. continuus. §. cum ita. ff. De V. O.* 2. Hæc renuntiatio contra teſtamentum non valet, quia tolleret libertatem arbitiri.

Lit. F) Obſt. Quod Pactum de non ſuccedendo non valeat. *L. Pactum C. de coll.* Ratio, quia quis facilè lucroſam hereditatem remitteret modico præſenti contentus arg. *l. 8. ff. de Tranſact.* 2. Is ſolum renuntiat cui liberum eſt acquirere *L. is poteſt. ff. De acqu. hered.* Et viuo aliquo non valet renunciatio, cum non poterit quis heres exiſtere *l. 1. ff. Pro hæred.* 3.

Si

Digitized by Google

Si quis ſua manu ſe heredem ſcripſerit non valet exhæredatio. *l.8.§. ſi quis ſua manu.ff.de bonor.poſſ.contr.tab.*R.De iure ciuili eſt quidem nó vſque adeo licitum,Niſi quis aduocet *l.1.§.3.ff.ſi quis à par.man.* Et hanc rationem,quod liceat vnicuique ea contemnere, quæ illius commodo lege introducta ſunt. *l.ſi iudex.ff.de minorib.l.pen.C.de pact.* ſtatuto tamen,vſu fori,conſuetudine,& iure Canonico licet. Per *c.quamuis. De Pact.in 6.* Ratio eſt. Religio & Sanctimonia iuriſiurandi. Quia omne iuramentum ſeruandũ. An hoc ſtatutum valeat.vid. *Natt.in c.quãuis. An Pactum huiuſmodi filia)* 1.Iuramentum eſt vinculum Perſonale.E nõ ligat heredem.*c.veritatis.De iureiur.in 6.*2.Per *c.quamuis de Pact.in 6.* Ibi ab eodem ſeruari.E.non ab herede 3.per *l.ſi ex patronis. in l fin.ff de V. oblig.l.5.ff.ſi quis filio ex hered.ff.De in 1.rupt.& irrit.* Et iuramentũ matris non debet filijs nocere. *l.3.§.pen.ff.De iureiu.vid.gloſſ. in l. Pactum.*

4. Renunciatio matris videtur in ſe habere tacitam conditionem,ſcilicet ſi eam deferatur hereditas.vnde ſi illa tacita conditio nõ eueniat,renunciatio haberetur,pro non facta,ſicuti dicimus in ſtipulatione,puta,facta animo nouandi obligationem conditionalẽ ,quia ſtipulatio ipſa pura habet tacitam Conditionem, ſi conditio obligationis nouandæ eueniat,quare ſi deficiat,habetur pro non facta. *l.quoties.§.fin.ff.de nouat.*Obſt.ſed hic nepotes veniũt iure matris.quia concurrunt cum ſuis patruis, qui ſunt pares in gradu ipſi matri. *§. cum filius.Inſt.de hered.qualit.& diff.Auth.poſt fratres.C.de legit.hered.*Nã quẽadmodum filia fuit excluſa,ita & nepotes.*§.ſoluto.verſic.Si v.nepos. Nouell.22.*Reſp.licet nepos ſuccedat in locum matris,hoc tamen non habet à matre,ſed lege , quare facto ſuo mater illud nepoti auferre non potuit.2.Obſt.*L.Ex qua perſona.ff.de R.I.*Et *L.Põponius.§.cũ quis.95.ff.de Acq.poſſeſ.*Reſ.Nepotes non veniunt hic ex perſona matris.Obſt.Quidam tamen putant hoc fallere. Si filia habeat dotem quæ in legitimam imputatur.*l.quoniã.C.de inoffic.teſtam.*tunc.n.videtur totam petitionẽ habere.E.nepotes non poſſunt amplius petere,ne bis idẽ conſequãtur. *l.bona fides.ff.de R.I.*R.Sed acceptio dotis non excluderet filiam quominus,ſi non interueniſſet renunciatio,filia admitteretur, modo dotem conferret *l.filia.C.de collation.*Ita etiam nepotes. *vid.l. ſi vero.§.fin.ff.de bon.libert.* Secundo caſu. Quando filia deceſsit iam mortuo patre dic Aut Nepos venit ad hæreditatem aui,tanquam heres matris excluſæ,

Aut extant aliqui fratres ipſius matris, & tunc ipſi debent admitti iure accreſcendi ad talem portionem matris, cum ſint coniuncti *L. vnic. C. quand. non petent. part.* Et hoc ius eſt potius, quam ſucceſſorium edictũ, quo Nepotes veniunt. *L. Emãcipatis § qui duos. ff. De contra. bonor. poſſ. l. 2. C. De ſucceſſ. edict.* vbi vero non ſunt alij fratres, hoc caſu admittentur Nepotes. *l. 1. § 96. ff. de ſucceſſ. edict.*

Q. An pacta poſteriora tollant priora ope Exceptionis?

Theſ. 9. Lit. A. Eandemq; ipſo iure) Obſt. *l. 27. § 2. de Pact.* Reſp. cum præcedit tantũ naturalis obligatio, poteſt ea tolli per pactum, & quidem ipſo iure, quoniã alioquin nulla tollendæ eius ratio ſupereſſet, niſi per ſolutionem vel veram vel fictam, quod tamen abſurdum eſſet, quia ſicuti numquã debet admitti obligatio, quæ poſtea diſſolui nullo modó poſsit, ita nec debet tanta vis eſſe naturalis obligationis, quanta eſt ciuilis, vt non poſsit diſſolui nudo pacto, ſi paciſcentes conſentiant: Sed ſi res incepit à ciuili obligatione, ex qua peti aliquid potuerit, quomodo incepiſſe neceſſe eſt, quoties prius pactum fuit de non petendó, poſterius. a. de petendo. Quemadmodum tunc non poteſt pactum de non petendo tollere ciuilem obligationem ipſo iure, ſed tantum per exceptionem: ita neque poſterius pactum de petẽdo poteſt tollere exceptionem ipſo iure & ſine replicatione, difficilius enim eſt, vt per pactum poſterius tollatur exceptio pacti competens ex priori pacto, quã vt tollatur pactum ipſum, quod nullam aut actionem producat, aut exceptionem. Non poteſt tolli exceptio ipſo iure, non magis, quàm actio per pactum, quia in pactis non ius, vt in ſtipulationibus; ſed factum verſatur, eiuſdemque poteſtatis eſt, exceptionem tollere, cuius & actionem, cum Exceptiones iuris quoque ſint, licet Prætorij, non ciuilis, quomodo & Prætoriæ pleræque actiones ſunt. Neutrum igitur fieri poteſt ipſo iure per pactum, in quo nullum ius verſatur. At pactum quod neq; actionem neque exceptionem vllam producit, nihil continet niſi vinculum æquitatis, quod contrario æquitatis vinculo facilè diſſoluitur. 2. Obſt. In pactis præter factum verſatur quoque naturalis æquitas. *l. 95. § naturalis. ff. De Solut. l. 1, ff. De Pact.* E. & ius naturale & gentium *l. 84. § in natura ff. De R. I.* Reſp. non omnem æquitatem naturalem ſufficientem eſſe ad conſtituendum ius. N. & G. Nec quemadmodum ius. N. & G. nullum eſt, ſine naturali æquitate, ita è

contrario

contrario poſſumus dicere, nullam eſſe naturalem ęquitatem, quam nō conſtituat ius gentium. Sed etſi æquitas naturalis ſufficiens ſit ad conſtituendum ius gentium, non ideo tamen poteſt ſufficere ad faciendū, vt Exceptio prioris pacti per pactum poſterius ipſo iure tollatur, quia cum Exceptiones ſint iuris Prætorij. Obſt. Sed Pacta quoque ſunt, iuris Prætorij Reſp. non quantum ad hoc, vt ipſo iure per pactum quid fiat, quoniam licet Prætor ea ſeruaturum ſe polliceatur non ſeruat tanquam iuris Prætorij vinculum. [Excepta actione de conſtituta pecunia, & Hypothecaria.] Sed hactenus, vt ex ijs det exceptiones & replicationes, nec prætor ita ius conſtituit vt dicat pacta ſeruanda eſſe, ſed ait, ſe pacta ſeruaturum. *l. 7. §. ait. Prætor. ff. h. t.* quæ verba factum Prætoris ſignificant. Denique ſtipulationes non egent auxilio Prætoris, vt pariant actionem : At Pacta vt pariant exceptionem. rætoris qui non mortui ſcilicet, Edicti, ſed viui. Reſ. igitur variè ad 1. Dub. 1. In *l. 95.* erat ciuilis & naturalis obligatio. E. ipſo iure tollitur modicū enim fermenti totam maſſam corrumpit. In *l. 27.* vero ſola naturalis. Sed falſum. *l. fin. ff. de iure i.* (2. Reſp. tolli iure idem eſt exceptione, ſi nō directò, ſaltem conſequenter (3. Reſp. contrario modo, qua in 1. Reſp. Quod ſi naturalis cum ciuili inveniatur, vt in *l. 27.* tunc non poteſt v. traque tolli, quia vna eſt ſubſtantia vtriuſque, poſſeſſio enim animi & corporis non ſic tollitur vt animi tantū. 4, Reſp. Aliud in pacto de nō petendo, Aliud in Pacto de petendo: Nam Pactum de non petendo fit ad liberationem, pactum v. de petendo ad obligationem. Et Pactum de non petendo tollit ipſo iure obligationem naturalem Pactum. v. de petendo non reſuſcitat naturalem obligationem per. *L. Arrianus ff. de O. & ff.* Obſt. Sed oritur obligatio ex pacto de nonpetendo. Cur ergo illa per pactum poſterius non tollitur? Reſp. Quia non omnis naturalis tollitur, nam ea quæ fit ad liberandum non tollitur, & hoc fit propter liberationem. Nam hic talis obligatio, quæ liberandi cauſa eſt ad exemplum veræ liberationis, quæ fieret per ſolutionem ipſo iure non tollitur. Nec mirum, ſi dicamus liberationem, obligationē: quia libertas dicitur ſeruitus. *l. 1. ff. de ſeru. vrb præd.* Quod ergo hic dicitur in Pactis factum verſari, ſubaudi talibus id eſt ad liberationem factis, vt non poſsit tolli per pactum de petendo.

Lit. B. Ciuilem obligationem) L. 7. §. ſed cum nulla. ff. h. t. l. 15. ff. de Præſcr.

Digitized by Google

verb.*l.vlt.C. De rer.permut.*Obſt.l.1 *ff.de Pact.* Prætor ſeruabit Pacta. Quod nonpoteſt fieri niſi dentur actiones aduerſus perfidos homines qui violant ius gentium & naturale.*l.184.§. in natura deber.ff de R.I.* Reſp.Prætor ſeruat data exceptione,non actione. De iuregentium pacta proſunt tam ad exigendum, quam ad excipiendum, ante ius ciuile & formulas ſolennes.*l.2.§.deinde.ff de O.A.* Ratio, non quod æque non ſit perfidus & violator iuris gentium is, qui non præſtat quod nudo pacto promiſit, ſed quia replerentur omnia litibus, ſi hoc Prætor concederet, quod maxime vtilitati publicæ aduerſatur. cuius intereſt non repleri ciuitatem litibus.

*Ne iure Canonico quidem)*Obſt.*c.1.de pact.*R.Si habeat cauſam aliquã alias de iure Canonico pactum non habet maiorem vim, quam ſtipulatio de iure ciuili, ſed ſtipulatio ſine cauſa talem effectum non habet. *l.2.§.circa ff. De Doli Except.*2.Ex promiſsione nuda ſine cauſa donatio præſumitur, ſi modo deliberata, ſi indeliberata ioco potius quam ſerio facta intelligitur, non igitur obligat.Obſt.*c.ſi tibi abſenti.de Prabẽd.in 6.* vbi actio oritur ex pollicitatione, quæ eſt promiſsio.*l.ſciendum.§.dictũ ff.de Aedil.Edict.*R.Illa deciſio agit de collatione beneficiorũ, quę certa debet eſſe, ac neceſſario à prælatis & Epiſcopis facienda, idcirco non eſt ad exemplum donationis iudicanda, valetq; collatio abſenti facta, nemine pro eo acceptante, nec reuocari poteſt. Pollicitatio igitur tantum Deo aut Reip.facta actionem parit.*gloſſ.in c.ſcimus.12.quaſt* 1.Non enim producit naturalem obligationem, quę ex conſenſu duorum naſcitur.*l.1.ff.de pact.*poteſt.n.reuocari promiſsio. *l.2.§.ſed etſi donaturus & l.abſenti.ff.de Donat.*2.Obſt.Peccat promiſſor mortaliter, ſi promiſſa non ſeruauerit.E.iure Canonico datur aduerſus eum actio.R.Neg. conſequens, nec ius ciuile aut Canonicum dant deſuper actionem, ad quę quis ſub peccati mortalis reatu tenetur.tametſi detur remediũ denunciationis Euangelicæ *c.nouit.de Iudic.Couarr.p.2.ad c.quamuis n.24.* Obſt.3.Canones nituntur naturale æquitatẽ, ęquitas illa naturalis pręſtat cauſam.2.Eſt fundatum in iure diuino, quod inter ſimplicem loquelã & iuramentum non facit differẽtiam.*c.iuramenti.22.quaſt.1.*Reſ. non minus Canones quam ius ciuile litiũ minuendarũ sũt, ſtudioſiſsimi. Et vero quid aliud potuit Legislator Pontificius ſtatuere fauorabilius, quã vt pacta ſint ſeruãda? Atqui hoc ipsũ Prætor 2. cõſtituerat, nec

Digitized by Google

nec tamen ex pacto dederat actioné. Et veluti litiũ materia non data ex pactis actione minuitur, ita data ex iiſdem exceptione non augetur.

Theſ. 10. Lit. A. contractibus bonæ fidei.) Obſt. 1. vbi cõtractus ſemel perfectus eſt, quicquid poſteà accedit, licet ex partium conuentione, id neceſſe eſt, vt ſit extra contractum. *l. ab Emptione. ff. de pact. l. 72. ff. de contrah. Empt.* R. Quilibet contractus duplicem formam habere poteſt. 1. Subſtantialem ſine qua eſſe non poteſt. 2. Accidentalé quæ poteſt abeſſe, & adeſſe. Prior non poteſt pactis immutari, quin totus deſtruatur. vt *l. 72 §. Paulus. ff. de contrah. Empt.* Sed poſterior ſpecies formæ mutari poteſt. *l. 11. §. vlt. ff. de Act. Empt.*

Nõ etiam ſtricti iuris. Lit. B.) Quia eius actionis natura, quæ ſtricta eſt, nequit porrigi & extendi ad id quod pacto comprehenſum eſt. Opus igitur eſt nõ alio contractu, ſed alia actione. *L. vlt. C. de rer. permut.* Obſt. L. *Lecta. 40. ff. de reb. cred.* R. 1. Excipitur à dict. reg. ſtipulatio, quæ licet ſit contractus ſtricti iuris, quia tamen verbis contrahitur, ſicut & pactum, nec niſi ſtipulandi & paciſcendi animo pacta à ſtipulationibus plerumque ſegregantur. *l. 1 § Eum qui. ff. de conſt. pecun.* facilè poteſt admitti, vt ibi actionem quoque formet. *Anton. Fab. ad l. 7. §. 5. ff de pact.* Qui idem hoc concedit in omnibus contractibus innominatis propterea quia propter pactum alia actio, quam præſcriptis verbis dari non poteſt. Quod tamen in alijs pactis contractibusadiectis fallit.

Lit. C. *Formant.)* Formari actionem per pactum nihil aliud eſt, quam actionem ex contractu competentem protrahi ad id quod nudo pacto comprehenſum eſt.

Theſis 11 Lit. A. Sed ope exceptionis) Obſt. 1. obligationes quæ ſolo cõſẽſu cõſtituũtur, ſolo conſenſu tolluntur. *l 80. ff. de ſolut. l. 35. ff. de R. I.* Atqui hypotheca contrahitur ſolo conſenſu *l. 2 C. de remiſſ. pign. l. 23. C. de pignor.* Ergo non opus exceptione, quod eſt contra. *L. 17. ff. de Pact.* R. Ex pacto pignoris non tantũ obligatio naſcitur, ſed etiam actio. E. nõ poteſt tolli per pactum ſimplex in quo tantùm factum verſatur. *l. 27. §. pactum ff. h. t.* Pacta vero legitima tantũ tollunt actionem. 2. Obſt. Nudus conſenſus tollit Emptionem & venditionem ipſo iure quod difficilius: Ergo & pactum, quod facilius. Reſ. In Emptione nudus ille cõſenſus non nudum pactum eſt, ſed perfectus diſtractus. 3. Obſt. Sed nihil certius quam quo modo quid contractum eo diſſoluatur. R. Pacta diſſi-

difficilius tollent actionem, quam producent, ſed producere non poſſunt. 2. Conſenſus nudus non conſtituit actionem, ſed Prætor. Obſt. *l.2.C. De remiſſ.pign.* vbi nudo conſenſu diſſoluitur pignus. Reſp. ope exceptionis. Perperam igitur *Hotom.lib. 6.obſ.c.*13. legit; Naſcitur Pacto actio & tollitur. Tollitur autem, &c.

Sicut & idem. Hotoman. 9. obſ. 3.) Obſt. Pactum de non petendo poſt contractam moram adhibitum purgat moram. Nam ſi vt ea purgetur ſufficit, omitti debiti repetendi inſtantiam. *l.32. ff. de vſur.* Quanto magis purgabitur, ſi creditor ipſe, qui moram paſſus eſt, paciſcatur de non petendo. Pro eo igitur (Moram non fecerat) legendum moram mihi fecerit (quia in mora non eſt is, à quo res peti non poteſt. *l. 40. ff. ſi cert.pet.* quia & debitor exceptione tutus verè debitor non eſt. *L.108. ff. De v.S.* Reſp. Multũ intereſt, an per pactum de non petendo purgetur mora, an contrahi impediatur. Si præcedit morã, impedit ne mora committatur; & ideo facit, vt ſi interim Stichus deceſſerit, debitor nullo modo teneatur, id eſt, ne quidem ipſo iure: Si vero ſequatur, ſubdiſtinguendum, an Stichus iam deceſſerit poſt morã & ante pactũ: an verò adhuc viuat. Si adhuc viuit, purgatur omnino mora per pactũ, quia & purgare eam debitor poſſet per obligationem; niſi offerendi voluntatem & neceſsitatem pactum de non petendo ei auferret. Sed ſi pacti tempore iam deceſſerat Stichus, & quidem poſt moram, non poteſt ſubſequens pactum purgare moram, quia offerri Stichus, qui iam mortuus eſt, non poteſt. Sed non ideo tamen inutile eſt, Quia ſicuti mora facit, vt Stichus, qui iam deceſsit adhuc peti poſsit, q. fictione iuris adhuc viuus. *l.91.§.vlt.ff de V.O.* Cum actio quoq; iuris ſit, (aliud in contractib. *l.7.§.fin.ff.de vur. fur. dat)* Ita & pactum de non petendo repellet hanc actionem, ita *Anton.Fab.ad d.l.54.*

Lit.B. Qui aptius potuit dicere) 1. Obſt. Contractus ex conſenſu cõſtat *l.57. ff. de O. & A.* Sed hic elicitur ex verbis. *l.7.§.vlt.ff. de ſupell. leg.* E. quando ea obſcura contractus nullus Eius enim interpretari cuius cõdere *l.fin.verſ.ſi enim C.de LL.* Reſ. conſenſus ad ſubſtantiam neceſſarius non vero ad adminicula. *l.34 ff. de contrah. Empt.* Cæterum obſcuritas pacti ad perficiendum illum conſenſum nihil nocet, quia poſtmodum ſaluo contractu explanari poteſt. 2. Obſt. *l.66 ff. de iudic.* Reſp. Aliud eſt loqui de eo, quod vnus litigantium in contractu, vel iudicio dixerat, vt ibi, &c.

FINIS DISP. SEXTAE.

Digitized by Google

DISPVTATIO V.

De Iuriſdictione.

ANATOMIAM EXEGETICAM DISPVTATIONIS. III. HIERONYMI TREVTLERI ſuccinctè exhibens.

RESPONDENTE

FRANCISCO GISEN HERVORDIA-VVeſtphalo.

προόδιον.

QVAM nobiliſsima, vtiliſsima, & frequentiſsima ſit Iuriſdictionis diſputatio, vel exinde patet, quod totius iuris ciuilis dicatur obex & repagulum, vbi omnes materiæ, tanquam in ſuo domicilio ſuauiter deliteſcant & finem expectent. *Gouean. l. 1. De Iuriſd. Leſcur. ad l. 1. ff. De Offic. ei. cui. mand. eſt iuriſd.* Vnde in iure noſtro non tam ſalebroſum locum inueniri, cui plura commentitia adferant interpretes, ait. *Coraſ. lib. 3. miſcell. cap. 6. n. 1. in fin.* Ad cuius veritatem inueſtigandam veteres Ictos ex inferis reuocandos arbitratur *Vigilius.* in qua Pragmatici planè cœci videntur. *Obrecht. diſp. de Iuriſd. theſ. 2.* quæ tot commentarijs ſinuoſiſq; voluminibus tractata, quod ampliſsimæ Ptolomæi bibliothecæ, ſi in aceruum congerantur, reſarciendæ abundè ſufficerent *Longouall. ad l. Imperium ff. h. t.* Ea igitur nobis apta viſa fuit, quæ præ alijs, quibus aliâs vireta Iuriſprudentiæ noſtrę amœniſsima confertim ſcatent, ad placidam συζήτησιν ſeligeretur.

Theſis prima.

LIT. B. *Quaplenißima) Quaſtio eſt, An imperium merum ſit ſpecies Iuriſdictionis?* Affir. author. 1. *per l. 1 & rubricam eius. ff. de Iuriſdict.* 2. *per l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt Iuriſdict.* vbi fruſtra dubitaretur an mandata Iuriſdictione tranſiret merum imperium, ſi imperium merum nō eſſet Iuriſdictionis ſpecies. 1. Obſt. Iu-

 riſdictio

riſdictio à mero imperio ſeparata eſt, vnde etiam merum imperium appellatur, quaſi purum, quod non ſit Iuriſdictioni immixtum. *L. cum Seruos. ff. de Condict. & demonſt. L. fin. in fin. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſ.* Reſp. Quãdo dicitur, quod imperium merum ſeparatum ſit à Iuriſdictione, intelligitur hoc de Iuriſdictione in ſpecie dicta, ſcilicet ciuili aut pecuniaria, alias in Imperio mero ius dicitur *L. 2. §. 22. ff. de orig. iur.* Semper enim verum eſt Magiſtratum, qui de cauſa ciuili vel criminali publicè cognoſcit, ius dicere. 2. Obſt. Si mixtum imperium eſſet ſpecies Iuriſdictionis. *Vlpianus* procul dubio in illius definitione Generis loco vſurpaſſet iuriſdictionem, *in l. 3. ff. de Iuriſd.* Sed non ſit. Ergo &c. Reſp. vocabulum Iuriſdictionis generaliter & extensè ſumptum quãcunq; dicendi Iuris poteſtatem ſignificat, ſiue de ciuilibus, ſiue de capitalibus cauſis, tunc enim mero & mixto imperio ineſſe iuriſdictio dicitur, ſicut genus ſpeciei, in *l. 47. §. 1. ff. de Legat. 3.* Quando. a. iuriſdictionem ſumo contractè tunc differt à mero & mixto imperio, & quidem ab hoc, quod mixtum imperium iuriſdictioni inſeruiat. *L. fin. ff. de offic. eius, cui mand. eſt Iuriſdict.*

Lit. C. Angenus Iuriſdictionis ſit Poteſtas:) Affirm. Author. Quia poteſtatis ſignificatio latior eſt, quàm verbi Iuriſdictionis per *L. 215. ff. de verb. ſig.* 1. Obſt. Quod hæc definitio ſit imperfecta 1. Quia addi debet vocabulum, Poteſtas, tanquam à perſona publica, vt excludat poteſtatem, Patris, tutoris & Domini, tribuitur enim iuriſdictio iure publico, non autem priuatorum conſenſu *l. penult. ff. de Iudic.* Reſp. Hæc additio non eſt neceſſaria. 1. Quia ſubintelligitur quòd Iuriſdictio ſit poteſtas publica ex *l. 215. ff. de verb. ſig.* 2. Quia pater in liberos, Dominus in ſeruos, tutor in pupillos ius dicere non poteſt, *l. 10 ff. de Iuriſd.* 2. Obſt. Quod definitioni huic addendum ſit vocabulum territorij, in quod hæc poteſtas recipiatur. *propter L. fin. ff. de Iuriſdict.* Reſp. Non cohæret Iuriſdictio territorio, ſed perſonæ magiſtratus, cui iuriſdictio ineſt, tanquam in ſubiecto agente, nam licet loco & territorio Iuriſdictio circumſcribatur. *d. l. fin. ff. de iurisdict.* tamen extra illud in habitu & potentia retinetur, nam exiſtens extra territorium, Iuriſdictionem mandare, & Iudicem dare poteſt.

Theſis ſecunda.

Lit. A. vbi dicitur, quod notio pedaneorum Iudicum ſit ſpecies iuriſdictionis gene-

Digitized by Google

Ad verb. An excommunicatio ſit ſpecies meri imperij?) Neg. Auth. Obſt. tamẽ *capit. tranſmiſſam. extr. de Electionib.* vbi dicitur, quod excommunicatio non ſit mixti imperij: Ergo eſt meri. Reſp. Diſting. excommunicatio, ſi principaliter enuncietur per iudicem & in pœnam delicti, cuius nomine aliquis accuſatur, eſt meri imperij, cum loco gladij ſit, quo iure ciuili animaduertitur in facinoroſos, *cap. ſolicitudinem. extr. de appellation.* Si verò Iudex Eccleſiaſticus ad facilius exercendam iurisdictionem aliquem coercet & ſententia ſua excommunicat, hæc non meri, ſed mixti eſt imperij.

Ad verb. Quid de membri, Lit. F. Quæſtio. An membri mutilatio ſit pœna capitalis? Negat author. 1. Obſt. Mulier prægnans vltimo ſupplicio damnata debet ſeruari, donec pepererit. *L. 18. ff. de ſtatu hominum.* Et

quemad-

Digitized by Google

quemadmodum morte ob delictum commiſſum non eſt mulctanda, ita nec membrum ei mutilandum, Ergo hæ pœnæ procedunt à pari. R. Conſtitutio hæc ad commodum partus, non autem ipſius mulieris promulgata eſt, ne ſcilicet vna cum ea partus opprimatur, quia mulier præ dolore nimio ex mutilatione ſuſcepto facile abortum faceret, calamitas autem matris non debet nocere ei, qui in ventre eſt, *§.2. Inſt. de ingenuis*. 2. Obſt. *L. Prægnantis ff. de pœnis*. vbi prægnans prohibetur quæſtionibus ſubijci, differenda igitur non tantum mors, ſed etiam membri abſciſsio, & per conſequens hæ pœnæ æquiparantur. R. Aequiparatio non in omnibus facta, vt vbi mortis pœna indici non poſſit, ibi neque membrum mutilari poteſt. 3. Obſt. *Nou. 128. cap. 10.* vbi æquiparatur pœna mortis & amputatio membri: R. Comparantur hæc duo, quoad mandatum prohibitionis, quod Vicarij magiſtratus non poſsint inferre alterutram pœnam, & recenſentur hic tanquam diuerſæ pœnæ, vt patet ex particula, aut, *L. 16 ff. de pœnis l. egredi. C. de procuratorib.* improprie igitur pœna capitalis eſt.

Theſis Sexta.

AD *Lit. A. Hanc poteſtatem*) Hoc imperium merum olim in primo reip. Romanæ ſtatu habuerunt Reges: *L. 2 in pr. ff. de orig. Iur.* & ab his creati duumviri. Exactis vero regibus in Reipubl libera conſules, ab initio, quod poſtea correctum per *l. 2. §. 16 ff. de orig. iur.* poſtea quæſtores rerum capitalium *d. l. 2. §. 22 ff de orig. iur.* dictator *dict. l. 2. §. 18.* Decemviri. *d. l. 2 §. 14.* Triumviri capitales *d. l. 2. §. 30.* Prætor prouincialis. *d. l. 7. §. 32* Proprætor & proconſul. *l. 7. cum ſeq ff. de offic. proconſ.* Populus. Denique in ſummos Imperatores hæc poteſtas eſt translata. Ab his conceſſum fuit Senatui, Præfectis prætorio *l. 3. ff. de offic. præf prætor. orientis*, & horum vicarijs. *l. 2. C. de offic. vicar.* Præfecto vrbi, cuius tanta poteſtas eſt, vt omnibus Magiſtratibus Romanis antecellat. *l. 3 ff. de offic. præfect. vrb.*

Ad Lit. C. vnde etſi præſidi. 1. Obſt. Cui licet, quod plus eſt, ei quod minus eſt non ſolet denegari. *L. nec in ea ff. ad L. Iuliã. de adult. Correcend. cap. cui licet. de reg. Iur. in 6.* Ergo quia Præſes Prouinciæ habet ius gladij, per *L. aut damna. 8. §. 1 ff. de pœnis*, videtur quod ius deportandi quoque

quoque habeat, quod eſt tamen contra *l.2.§.1.ff.de pœnis.L.inter.§.1.ff. de interdict.& relegat.l.1.§.2.ff.de legat.3.* R. Præſes Prouinciæ pronunciare quidem poteſt, quis deportandus. *l.diui.ff.de pœnis.* Cæterum aſsignare Inſulam damnato, quæ non ſit in prouincia, cui præſidet, non poteſt, ne ſuæ Iuriſdictionis terminos excedere videatur *L.fin ff.de offic.præf.vrbi.l.3 ff.de offic.Præſid.* Quocirca imperatori reſcribere debet, vt aſsignet Inſulam *l.1.ff Quando appellandum l.Diui.§.penult.ff.de pœnis,* Quam ſi ſub ſe præſes haberet, hoc eſt intra prouinciæ ſuæ fines, poſſet eam procul dubio, aſsignare *L.inter.§.1.§.præſides.ff.de interdict.& relegat.*

Ad Lit. F. Quod etiam tunc accipimus) Quæſtio. An conceſſo caſtro cum Iuriſdictione, conceſſum cenſeatur merum imperium? Affirm. Auth *per l.1.§.cum vrbem.ff.de offi.præfect.vrb.* R. huic probationi. Textus ille non probat, nam merum imperium cohæret ipſi vrbi Romæ & perpetua commiſſa vrbis adminiſtratione præfecto dicitur etiam conceſſa gladij poteſtas, quæ ad eam pertinet 2.Prob. *per l.2. C.de bonis vacantibus.* vbi domo data à principe cenſentur donata omnia adiacentia.3.Prob. *per l.2 C.de fund.limitrophis* 4. verba conceſsionis factæ à principe latiſsimè ſunt interpretanda. *L.14 ff.de Conſtit.Princip. l.donationes, C.de donationibus inter vir & vxor.* Sed Iuriſdictio in longa ſignificatione merum imperium comprehendit, vt ait *author in th.1.* R. Hoc quidem verum, niſi ſtricta interpretatio à lege approbetur, quod hic ſit *per l.1.in pr.ff.de offic.eius, cui mād.eſt iuriſdict.& capit.licet.de offic Vicarij in 6.* 2. R. conceſsiones primorum generales non requirunt ea, quæ requirunt ſpecialem mentionem. *capite. Quod translationem, de offic.Legati.* 5.Prob. *per l.Cognitio.in pr ff.de offic.eius cui mand.eſt Iuriſd.* vbi mandato generali Iuriſdictionis, tranſit mixtum imperium: Ergo quoque merum R. probationi. Aliud eſt in mixto, quia illud ſua natura delegabile eſt *L.1.§.1 ff.de ſuſpect.tutorib.* 2. R. id conceſſum ibi eſt fauore pupillorum.6.Prob. Genus idem operatur quod ſpecies. *L.ſi duo, in fin.ff.de adminiſtr.tutor.* Atqui princeps in ſpecie poteſt concedere merum imperium: Ergo & in genere. R. probationi, nos loquimur de voluntate, argumentum vero eſt de poteſtate. 1.Obſt. in materia etiam fauorabili ſi verba poſſunt ſumi in Genere & ſpecie debēt

Digitized by Google

ſumi in ſpecie,tanquam in ſignificatione magis propria,atque ſumendo hic nomen Iurisdictionis ſpecie,merū in imperium non continetur. Ergo. Reſp. Maior eſt falſa,quia hæc procedit tantum in odioſis.2.Obſt.Merum imperium eſt ex regalibus *cap.1.in prin.quæ ſunt regalia.* Vbi pęnæ & mulctæ compendia. Atqui regalia non veniunt in ſermone generali *d. cap.* 1. ſed ſpeciali Ergo. Reſp. Quando in conceſsione fit mentio regalium, tunc in ſermone generali & illa continentur, atqui noſtro in caſu regalium eſt facta mentio, dum conceſſa eſt Iurisdictio,quæ eſt ex regalibus,per *cap.1.in fin.* ibi poteſtas Creandorum magiſtratuum. Prædicta tamen intellige,1. Quando conceſſum eſt Caſtrum, cum Iurisdictione & omnibus ſuis pertinentijs.2. Cum omni vel tota ſua Iurisdictione. 3. Quādo Caſtrum ipſum à ſolo Principe adminiſtratur, ex quo Ciuitati non ſuberat, tunc agitur ſolum de damno ipſius Principis concedentis.

Ad verb. Quādo vero Iurisdictio.] 1. In dubio sēper præſumitur Iurisdictio conceſſa cumulatiuè *per capitul. dudum. de præbendis. in 6.* Ratio, quia in ſermone generali non comprehenditur perſona loquentis *L. Inquiſitio. C. de ſolution.* Idque procedit in perſona Principis, nè ſibi legem imponere videatur *cap. 1. in fin. lib. 2. Feudor. tit.* 55. 2. Quando princeps eodem tempore concedit vniuerſalem iurisdictionem, duobus magiſtratibus, tunc conceſsio vtrique facta cenſetur cumulatiuè. 3. Creato iudici ordinario, datur Vicarius à principe cumulatiuè. 4. Quando. Princeps Creat aliquem iudicem ſpecialiter, qui cognoſcat de cauſis nullitatum & appellationum, cenſetur hoc priuatiuè factum. 5. Exiſtente Magiſtratu ordinario. & creato nouo, cenſetur tunc Iurisdictio priuatiuè collata &c. Vide *Menoch. lib. 2. præſumpt.* 18.

Theſis Septima.

Lit. B. *Alias ex inueſtituris)* Quæſt. *Quomodo probatur iurisdictio.* Reſp, 1. per cenſus ſolutionem. 2. Per inſignia Principum in Curia depicta. 3. per iudicium circumcolentium. 4. Per renouationem inueſtituræ. 5 Per cuſtodiam caſtro adhibitam. 6. Per pœnas & mulctas. 6. per mandatorum obſeruantiam. *Maſcard. De Prob. concluſ.* 546. *n.* 4, 7. vti Edictorum. *Id. ibid. concluſ.* 1397. (8. Per Iuſtitiæ adminiſtrationem.

tionem. *Menoch.lib* 1. *Conſ.*75.*n.*22.9. Per publicationem bonorum. *Hieron.de Mont.de finib.regund.c.*5 2.*n.*4 10.Per Sententias Arbitrorũ. *Knichen.de Sublimit territor.c.* 3. *n.* 40. *&c. Gilhaus.in arb.iudic.c.*1.*p.* 1.§.1.*n.*109.

Lit.C. *Vel ex præſcriptione*)Q. *Quo tempore præſcribatur iuriſdictioni.* Reſp Si titulus adſit ſpacio.40.annorum.*c.*1.*de Præſcript in* 6.*l.*7.C. *de Agric.& cenſit.*Cum enim præſumptio iuris contra præſcribentem militet, longiſſimi temporis lapſu opus eſt arg.*l. omnes l.*6 C. *de Præſcript.*30.*vel.*40.*annor.l.fin.C.de Fund.patrimon.* cõtrà priuatum autem nullam eſſe rationẽ,quæ maius tempus exigat in præſcribenda iuriſdictione aduerſus eum, quam in cæteris iuribus incorporeis ſcribit *Couarr. c. poſſeſſor.*§.3.*n.*5. de temporis autem huius determinatione Dd.in præſcriptione iurium incorporalium continuam cauſã habentium(prout iuriſdictionis,meri & mixti Imperij poſſeſſio habere intelligitur.*Couarr.d.*§.*n.*3) decennij vel vicennij: diſcontinuam vero temporis immemorialis ſpacium præſtituunt.*Capoll.de ſeruit.vrb.præd. cap* 19.*n.*3. Idem vult Author in præſcriptione regalium. *arg.l.*56.*ff. de.uſufr.c.ſuper quibusdã.§.Præterea de V.S.c.*1.*De Præſcript in.*6.quo caſu hæc requiruntur.1.Quod teſtes ſint ad minus.54. annorum & de 40. annis teſtificentur.2. [illegible] ita ſemper viderint & audiuerint à ſuis maioribus.3.[illegible] fuerit obſeruatum in contrarium. *Mynſing.cent.*1.*obſe*[illegible]

[illegible] *III.*

Lit A.Neque ſibi [illegible] *ſibi & ſuis ius dicere poſſit?*Neg.*l.*10. *ff.h.t.*Obſt.*l.*41.*ff.De* [illegible] *l.*3.*ff.de his qua in teſtam.del.*Reſp.Qui ſuperiorem recognoſcit ipſe ſibi ius dicere poteſt.2. obſt.*l.*54. C.*De Decur.l.*10.§.16.*ff.Quæ in fraud.credit.*Reſp.Hoc fit in defectũ Iudicis. *Hartm.*2.*pract.*1.*obſeru.*1 3.obſt.*l.*77 *ff.de Iudic.*Reſp.hoc procedit tantum in priuatis negotijs, hoc eſt domeſticis & particularibus, quæ ad nullius commodum, quam patris & filij referri poſſunt, vt adoptio, & Emancipatio.L.4 *ff.De Adopt.l.*18.§.2 *ff. De Man.vindict.*cuiuſmodi negotia,non niſi inter volentes & conſentientes explicat magiſtratus *l.*2.*in pr.ff.De. Offic,Proconſ.* ac proinde nihil impedit, quo minus de ea re pater filio, & filius patri iudex eſſe poſſit.*l.*6.*ff. De.Recept.arbitr.*2.

Reſp *d.l.77.* procedere in illo caſu, quando in patrem aut filium iudicem conſenſum eſt. *Vacca hic vid. Coras. ad d.l.10 ff h.t.*

Ad verba. An Dominus à ſubdito ſuo offenſus ſuper illa offenſa cognoſcat Reſ. Imperator ipſe cognoſcere poteſt, In Germania Princeps Imperij ſubditum conuenire debet in Camera Imperiali, non corã ſuis conſiliarijs, & ècontrario ab ijs conueniri poteſt, niſi conſuetudine aliud receptum. *Mynſing. 5. obſeru. 1.* Iure Gallico non Rex ſibi ius dicit, ſed Parlamentum.

Lit. B. Niſi prorogent partes] 1. obſt. *l. 9. §. 2. ff. De Arbitr.* Reſp Ibi prohibetur ſpecialiter iudex, ne arbitrium ſuſcipiat. 2. obſt. Superioris intereſt, ne ſubditi ab alio iudicentur. 1. *Feud. 17.* vbi vaſalli non poſſunt in alterius iuriſdictionem conſentire, idem in clericis. *c. ſignifi. aſt. X De Foro competente.* Reſp. Diſting. ex *l. 7. §. 17 ff de. Pact.* an renunciatur iuri publico, an pro ſe introducto, vti hic, quo caſu licet. *Lit: D. Quanto tempore*] *Quanto tempore domicilium ducatur contractum.* Saniores hoc iudicis arbitrio reliquerũt. arg. *l. 32 ff. De. vſur Menoch. 1. arbitr. caſ. 86. n. 16.* In ciuitatibus Germaniæ poſt annũ illud intelligi acquiſitum, nec patiaduenas in illis diutius cõmorari inhabitatores, ſi lapſo anno iura ciuiũ redimere noluerint; refert. *Geil. 2. obſ. 15. n. 18.* Quod ſumma ęquitate nititur.

Ad verba. Et in ſpecie de coniecturis] [illegible] *micilium Contractum probatur?* Reſp. *Geilius.* quando quis [illegible] fortunarum ſuarũ ſummam conſtituerit, vnde non [illegible] nihil auocet *l. ciues. C. De Incolis.* vulgo, da ſich einer hat h[illegible] niedergelaſſen / Nos definimus illud, illum locum in quo quis [illegible] tat illo animo, vt perpetuo ibi conſiſtat. *l. 17 §. 13. ff. Ad municip. l. 4. C. De diuerſ. offic. & apparit. vultei ad. l. 2. C. h. t.*

Lit E. vel ratione Cantractus] Contractus quoque tribuit forum, in loco in quo eſt celebratus. *l. 19. §. 2. ff De Iudic.* finge igitur, me Equum peregrino vendidiſſe: nam niſi extemplò pecuniam ſoluat, poſſum cũ eo lege agere, ne detur illi fugæ occaſio cum re aliena. *l. 18. §. 1. ff. Eod.* Idem in Scholaſtico ſi contraheret. *Coſtal. d. l. 19 §. 2 ff Eod* Ibi autem contractum intelligitur, ubi ſolutio facienda deſtinatur *l. 20 ff. De Oblig. & act. 11. ff De eo quod. cert loc. c. fin. x. De for. compet.* Cũm autem

vno

vno loco celebratur contractus, ſolutio in alterum confertur, niſtrumentum vero in tertio conficitur, forum paratur non in loco inſtrumenti confecti, ſed deſtinatę ſolutionis *l. Exigere. 65. vbi. Dd. ff. De Iudic.* Ratio eſt, quia Inſtrumentum non eſt de ſubſtantia contractuum, cum abſque eo confici poſſint, & ſcriptura potius ad probationem, quam neceſſitatem pertineat, niſi inter partes expreſſè conuentum ſit *pr. Inſt De Empt. & vendit. l. 17. C. De Fid. inſtrum.*

Lit: F. Sciendum tamen &c. Q. *An delinquens de iure ciuili alibi poßit, quã in loco delicti puniri, an remittendum ſit cũ elogio captiui, vulgariter* vergicht/ *ad locũ delicti* Poſter. Affirm Per. *l. 1. C. vbi ſenat. vel. clariſs. l. 7. §. 5. ff. De Accuſ.* (2. Propter exemplum, vt alij abſterreantur. *l. 20. & ibi Goth. ff. De Poen.* (3. Ille locus delicti ſpeciali iniuria afficitur. *arg. l. 5. verſ. Manichai. C. De haeret. & Manich.* (4 Facilius de criminis authore ibidem, diſcutitur, 5. Paſſi iniuriam facilius perſequentur. 1. obſt. *l. 1. C. vbi de Criminibus agi oport.* in qua conueniuntur, vbi reperiuntur. Reſp. id eſt, vbi domicilium habent. arg. *l. 2. C. De Iuriſd.* (2 obſt. *l. 13. in pr. ff. De Offic. Praeſid.* Reſp. illa lex loquitur de gẽerali inquiſitione, quae fit cognoſcendo & iudicando, non de particulari, quae fit coercendo delictũ. Quoties autẽ in atrocioribus delictis propter exemplum ad locum delicti, precariò & iure amicitiae, vicinitatis, atque beneuolentiae remiſſio fit 1. ex vrbanitate ſolet id ſub antigrapho, ſiue literis, vt vocant reuerſalibus, auff einen Reuers oder Gegenbekandtnuß ipſius Magiſtratus, aut domini remiſſionẽ petẽtis, fieri quod videlicet huiuſmodi remiſſio remittentis iuriſdictioni non ſit nocitura, nam ſpontè eã non tenetur facere Iudex domicilij *Nouell. 134. c. 5.*

Lit. G. Ratione autem rei. Q. *An Clericus in realibus actionibus trahatur ad forum ſeculare.* Affirm. *per c. Caeterum* x. De Iudic. *c. Ex transmiſſa. x. De For. Compet. l. 10. C. De. LL.* ad hoc enim obligatur, quia res ſeculares poſſidet. *l. 62. ff. De Procur.* & ſe ſecularibus immiſcet. *c. ſolita. x. de Maior. & obed.* ſententia dicitur igitur potius rebus, quã perſonae *l. 4. §. 5. ff. Finregund.* 1, obſt. Quod nec directo conceditur, illud nec per indirectũ *c. cum quid. De Reg. iur. in. 6.* clerici autem directò iudicem ſecularẽ eligere non poſſunt. *c. Si diligenti. x. De For. Comp.* Reſp. A Propoſito exorbitat, quia non perſona clerici, ſed fundi quos poſſidẽt obligantur arg. *§. Inſt. De Act.*

Digitized by Google

2. obſt. Res ſequitur conditionem perſonæ, non è contrà. *l. vnic. verſ. Cæterum. C. De Impon. lucrat deſc.* Perſonam autem clerici laicus iudicare non poteſt. *c. 2. x. de Iudic* nec LL. laicorum ſeruantur in curia Eccleſiæ *c. quæ in Eccleſiarum. x. De Conſtit.* Ergo nec de rebus, quia per litis conteſtationem etiam, tanquam contractum quendam, quis obligatur. *l. 3. §. 11 ff. De Pecul.* Reſp. Semper inſpiciendum id quod principale eſt. *l. 10. ff. De ſtat. hom.* vti in hoc caſu res, propter quam eſt poſſeſſor, vt propter feudum vaſallus.

Lit H. Q. *An autem Reconuentio coram paribus Curiæ locum habeat, licet ea ſit de cauſa non feudali.* Neg. 1. Reconuentio nihil aliud, quam iuriſdictionis incompetentis prorogatio *c. 2. x. De mut. petit.* Sed prorogationi extrà cauſas feudales non eſt locus, cum Parium Curiæ iuriſdictio limitata ſit, Ergo ſi caſus non feudalis emergat, cognitio ſit coram iudice ordinario. arg. *l. 30 ff. De Acquir. rer. dom. l. 61. § 1. ff. De Iudic.* 1. obſt. Reconuentio in quacunque cauſa locum habet *l. 14. cum Auth. Et conſequenter. C. De Sentent.* Reſp. In feudis hoc axioma iuris ciuilis non procedit, quia ea limitata ſunt. 2. *Obſt.* conſenſu partium in feudalibus is adiri poteſt, qui non eſt iudex. *Reſp.* Multa conſenſu partium fieri poſſunt (quia volentibus nulla fit iniuria) quæ partibus inuitis fieri non poſſunt, vt autem actio ſic & reconuentio in inuitum inſtituitur.

Theſis. IX.

Quæſtio talis. *Si debitor in loco contractus, vel deſtinatæ ſolutionis nunquam compareat, an ad illum remitti debeat à Iudice loci domicilij?* Reſp. Diſtinguendi tres caſus. Aut enim ibi bona habet debitor, aut alio in loco, aut nullibi. 1. caſu Iudex loci contractus citare poteſt debitorem ad eum effectum, vt eo contumace creditorem in bona eius immittere queat. *c. Romana. § contrahentes. De for. comp. in. 6.* (2. caſu citare poterit reum eoque contumace decernere inmiſſionem in poſſeſſionem bonorum alibi ſitorum, & ſuper eius executione requirere iudicem loci, in quo bona habet. (3. caſu, debitorem extra territorium ſuum exiſtentem citare non poteſt, *l. fin. ff. De. Iuriſd.* Licet poſſi-

poſſit requirere iudicem loci domicilij, vt debitorem citet & remittat ad locum deſtinatæ ſolutionis; & ſi debitor citatus coram Iudice loci contractus compareat, res expedita eſt; ſin minus, neque contumax dicendus, neque aduerſus ipſum ceu contumacem Iudex loci contractus procedere poteſt. *Couar. pract. quæſt* 10.n.3.*&* 4.

Theſ. X.

Lit. E. Huc etiam referendos.] Q. *An ſtodioſi Academici ſint miſerabiles perſonæ?* Affirm.per. *Auth. Habita. C. Ne. filius pro patre ibi (Quis non illorum miſereatur*] Miſerationum prima eſt, quod patriam derelinquant. Cic. 1. *offic. Tiraq. de. LL. Connub.* illud quippe durum eſt. *l.* 11. C. *Com. vtriusq.* (2. De Diuitibus fiunt pauperes, non culpa, ſed propria volũtate, vt Religioſi. arg. *Auth. Ingreſſi. C. De. SS. Eccleſ.* propter peregrinationẽ, *Nouell.* 53. *in pr.* & immẽſos ſumptus in ſtudia factos. *Salicet in. d. Auth Habita. n.* 17. Mercatores carius ipſis vendunt, & Caupones vino aquam commiſcent. *c. Ejciens. diſt.* 88. 3 Semetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt, per ieiunia, gloſs. in *c. iucundũ.* 37. *Nou.* 22 Vigilias. *l.* 24. *ff. Quæ in fraud.* Ægritudines. *Gloſs.* in *clem.* 1. *§. licet. in verb. declarauit. De V. S.* Odia ciuium & viliſſimorum hominũ corporales iniurias (4. Cum ad Gymnaſia Academica ſeſe conferunt, ab omnibus irridentur. *Gloſs. in. §. pen. in prooem ff.* ideo nouitij quondam ridiculo nomine Du pondij appellabantur *§.* 2. *in Prooem. ff.* quaſi duobus aſſibus æſtimentur *Alc. lib.* 4. *De. V. S.* (5. Propter ludos ſeruiles & iniurioſos, quos ſubeunt nouitij, & prohibiti ſunt *§.* 9. *Prooem. ff. Cuiac.* 6 *obſ.* 13. vt ſunt hodiè Depoſitiones, dequibus vid. *Goclen. in. Lexic. Philoſ. verb. Depoſitio.* & Pennaliſmus.

Theſ. XI. Lit A.

Ad verba. vt actionem confeſſoriam producat] Actione confeſſoria & Negatoria non tantum agimus ſeruitutum, ſed cuiuslibet etiam alius iuris nomine. Vnde ſi quis impeditur in perceptione decimarum, oblationum, tributorum, reddituum, confeſſoriæ locus eſt. per. *cap. Tua.* 26. *vbi. Gloſſ. x. De. Decimis.* Item cum quis turbatur in iure præſentandi vel, cum quis turbatur in alijs iuribus Eccleſiaſticis, vel in

in iurisdictione huic actioni locum eſſe docet. *Bald. in rubric. C. De. vſufr.* Atque tam de omni iure hanc actioné dari volunt. vt *Ioh. Faber.* in .§. *1Equ. Inſt De Act. n.* 10. & 13. teneat etiam creditorũ nomine hypothecæ agere hac actione, quamuis alioqui de iure ei competat hypothecaria: ſed hoc ita accipiendum puto, vt ſi de iure aliquo controuerſia incidat, neque de eo certa ſit prodita actio, tum ad hanc actionem deueniamus, ſi non directò ſaltem vtiliter 2 obſt. Quæ ſunt iuris publici, non veniunt in priuatas actiones, ſed arbitrio aliorum, putà Principum, vel rerum publ. expediri ſolent. Reſp. Neg. quia interdictum de mortuo inferendo, eſt ſuper intereſſe religionis, & publicæ vtilitatis. *l. 1. §. 6 ff De Mort infer. l. 43. ff. De religios. & ſumpt. fun.* vti interdictũ, Ne quid in loco ſacro fiat. *l. 1. §. 1. ff. Ne quid in loc. ſacro.* Deinde ius iuriſdictionis eſt quædam ſeruitus, vti & ius præſtandi decimas arg. *c. moderamine. 23. c. reuertimini 65. cauſ. 16. quæſt. 1.* 2. obſt. In Digeſtis & Codice nullum memini locum, in quo vſurpetur, niſi in ſeruitutibus, ideò erubeſcimus loqui abſque LL. *Nouell. 18. c 5. in pr.* Reſp. Hæc actio in ſeruitutibus primo fuit frequentata vſuque recepta, ideò Iuſtinianus in his actionibus interpretandis duntaxat vtitur exemplo ſeruitutum, alijs iuribus ſuppreſſis, cum illis cognitis, facili labore hæc etiam cognoſci poſſe crediderit, Alij allegant. *l. 23. §. fin. l. 25. §. 1. ff. Ad. l. Aquil.* ſed. Reſpondetur, quod non loquatur de actione deſcendente ex aliquo iure, ſed tantum Confeſsione eius, in quem agitur. *Vultei. ad. §. æque Inſt. De Act. n. 5.*

FINIS.

DISPVTATIO VI.

DE IN IVS VOCANDO,

Exhibens reſolutionem Diſputationis Quartæ Hieronymi Treutleri Icti.

R E S P O N D E N T E
IOHANNE CONRADO VIELLO
Caſtelhunenſi.

THeſis 1. *Lit. A*

Q*VOD experiundi)* Id eſt, vt experiatur actor, an ius ſibi competat, vel non; Et dicitur Reus vocatus, ſiue veniat ſiue non. Et vocabatur reus ad facultatem agendi impetrandam, & iudicium accipiendum, à quo diuerſum erat Iudicium, quod agitabatur apud Iudicem in iure à Prætore datum. vid. *§. vlt. Inſt. de Pœn. tem. litig.* Sic in tribus iſtis Iudicijs Actor dicitur, qui primum ad iudicium prouocat. *l. 13. ff. De Iudic.* Et qui appellat, prior agit. *l. 29. ff. de Iudic.* Obſt. Non ſemper Actor in ius vocat, ſed etiam Reus. *l. 14. ff. de Iudic.* R. Tum forte res dirimenda, vt pateat quis ſis Actor. *l. vlt. C. comm. de legat.* Et eſt ibi ſpeciale. Quia in illis iudicis vterque Actor & reus. *l. 2. §. 3. Famil. Erciſc. l. 44. §. 4 ff. Eod. l. 10. ff. fin. regund.* Licet conſtituto iam iudicio is ſolus actor dicatur, qui primum prouocauit. *l. 29. ff de Iudic.*

Lit. B Solus Actor nullo adhibito magiſtratu) Secundum veterem ſolennitatem, quando illa raptio fiebat obtorto collo. *arg. l. 11. ff. de dolo. l 4. & 11. ff, de in ius voc. Gouean. 1. var. lect. vlt. Cuiac.* 10. *obſ.* 10. De hac ſolennitate loquitur *Terent. In Phorm. act. 5. ſcen. 8. vid. l. 9. ff. de V. S. vid. l.* 18. *cum ſeq. ff. de in ius vocand. l. 2 ff. ſi quis in ius vocat. non ierit* expreſsè *per l.* 54. *C. De Decur.* ibi *(manus iniectione) l. 9. C. de ſeru. fugit. l. 10. §. ſi debitorem ff. Quæ in fraud. cred. l. 19, C. de Teſtib. l. 1 ff. de cuſtod. reor.* 1. Obſt. Manuũ iniectio. LL. vetita. *l. 13. in fin. ff. Quod met. cau. l. 25. ff. Ad L. Iul. de Adult. l. 7. C. vnde vi. l. 176. ff. De R. I. l. 13. C. de Iudæis. l. 14. C. De Iudic.* 1. R. Dict.

Q I. L. fal-

LL.fallunt.5.Si deſit copia magiſtratus,& periculum ſit in mõra. *l.7 C.Quand liceat ſe ſine iudice vindic.*2. Reor.erat fugere ; *arg.pr. Inſt. de Act.* vnde *Guntherus Poeta. Iudicium ſpoliatus amat. qui poſſidet,Odit*)Ergo poterat Reus ad inſtar debitoris fugientis apprehendi. *l.* 10.*§.ſi debitorem.ff.Quæ in fraud. cred.* 2. Obſt. Non eſt præſumendum quod Lex 12.tab. ſit Author , huius in ius vocationis.1. quia eſt,quoddam cõtentionum rixarumque ſeminarium,cum tamen dicat , quod vis omnis à populo abeſſe debeat. 2. Lex voluit , vt omne interueniente Magiſtratu Tranſigatur.*l.13 §.4 ff.de vſufruct.l.21 ff.de reb.credit.* Ergo in ius vocatum reluctantem ducere vel rapere in ius per legem non licebit R.Sunt illa planè ſeparata,Ex quibus nihil infertur, Nam ideo rei vocantur,ideo ducuntur,vt diſſenſiones per magiſtratum componantur,Iuris executio non habet vim *l. 42.ff. de Act.Empt* 13.*§.1.ff. De iniur.* Si itaque lex vult hoc,vult etiam illud,arg.eorum,quæ *Eberh. habet in loc.Ab Antecedente, ad conſequens.* Et qui aliquam nactus eſt poſſeſsionem,ſiue eam iure,ſiue iniuria habet, ideo interdicto & iudice opus eſt,quia poſſeſsio etiam iniuſtiſsima eſt in bonis poſſeſſoris *l.15.ff.de Acq.poſſ.l.49.in fin.ff.de V.S.* vt ergo interdicto experiatur reus neceſſario ad cauſæ cognitorem ducendus eſt , Proinde reum Actor ducebat ad album Prætoris,eique actionem demonſtrabat,non igitur opus fuit iudice,vel eius apparitore.*l.1.ff.de edend.* Alias vis publica & priuata.LL.12.tab.vetita fuit.3.Obſt.*l.1 §.2 ff.De Nou. oper. nunc.* vbi dicitur , quod priuatus poſsit nouum opus nuntiare alteri. 2. Priuatus à priuato quidem in ius poteſt vocari,aut vt de die conueniat. *l. de die ff.Qui ſatiſd.cog* aut vt iubeat ſequi. At non vt ipſe reluctantẽ rapiat, ſed id prius ſignificet magiſtratui.R.Non ſolum per Prætorem , verum etiam verbo,vel lapilli iactu opus nouum nuntiatur, & per hãc verbalẽ denuntiationem ac lapilli iactum ad Prætorem itum eſt , non vt prius eatur ad Prætorem,ac vt mittatur apparitor aduerſario,petatur,ſed vt noui operis cauſa nunc ſit facta Prætoriæ iuriſdictionis.*l.5. §. 10.ff.de Nou operis nunc* 4.Obſt. Aliquem Prehendere eſt meri vel mixti imperij,quod Priuatus Actor non habebat.R. Aliud eſt prehẽdere, quod fiebat per lictores,aut vt coerceretur, vel in carcerem duceretur,aut virgis cæderetur. *Liu.lib.2.* atq; ita fiebat iure Magiſtratus.

At

At vocatio & raptus neque iure Magiſtratus fiebat, neque coercitionis publicæ cauſa,ſed iuris experiundi gratia. *l.1.ff.h.t.vid.Goed.ad l.9 de V.S.* Et nota hic,quomodo ex malis morib.ortæ fuerint bonę. LL. Sic olim vindicatio fiebat per manuum conſertionem. 5. Obſt. *l.* 103. *ff.de R.I.* vbi dicitur,quod nemo domo ſua extrahi debeat. vid. *l.3.ff. de iuſt.& iur.l.23.ff.de iniur.* vbi iniuriarum tenetur. Reſp. Intellige realiter,tamen verbaliter poteſt indevocari,Ex vinea,balneo,& theatro poteſt realiter & verbaliter.

Lit.C.Quem ſi ſequeretur)Q. An in ius vocatio Editione Actionis ſit Prior? Affirm.1.per §.*omnium Inſt.de Pœn.tem.litig.*2. Series in Digeſtis illud oſtendit,quia noſter titulus præcedit illum,qui eſt de edendo. obſt.1. Quod tituli digeſtorum ſecundum ordinem perpetui Edicti ſunt compoſiti *l.2.ff.de ſtat.hom.* Tituli.a. Codicis accommodatiores aliquanto ſunt iudiciorum Ordini,quam edicti perpetui, ideoque quæ argumentatio antea ſumpta ex ordine titulorum in Digeſtis, ea meliori iure ſumi poteſt ex ordine titulorum Codicis, in quo titulus *de Edendo*,præcedit eum,de *in ius vocando*.R.1.*Bellon.in repetit Rubr. C. de Edend.* Attendendam eſſe conſuetudinem, ſecundum quam alibi prius editur libellus,alibi citatio,alibi cum citatione mittitur libellus. 2.Obſt.Imo editio natura & aliquo modo tẽpore vocatione eſt prior, Neque enim olim antè vocabatur Reus,quam eſſet actio,at actionem eſſe ſciri non poterat,niſi ea ederetur.*Cuiac.lib.*10.*obſ.c.*10. Neque ſi hodiernum vſum attendamus,citatio à iudice decernitur ,niſi vel in ſupplicatione pro citatione decernenda ſpecies futuræ litis ſummatim demonſtretur,vel vna cum ipſa libellus quamprimum exhibeatur *Marant.part.6.in cap.de Libell.oblat.in fin.*R.1. Hæc duo vſque adeo ſunt coniuncta,vt quidem diſtingui poſsint, non tamen ſeparari debeant,ideoq; non facilè conſtitui poteſt,quid præcedere debeat. *Cuiac cit.loc.*deinde Diſting.inter Editionem actionis impetrandę,quæ prior vocatione in ius : Et impetratæ, quam fieri neceſſe erat apud iudicem pedaneum,non tantum poſt vocationem,ſed & poſt litem conteſtatam.Adde 5. modos Editionis actionis.1.Si is, qui acturus erat, dicat aduerſario ſuo,qua Actione aduerſus ipſum experiri velit.2. Si actionis inſtituendæ deſcribendi copiam faciat Reo.3. Si libellum of-

Digitized by Google

ferat Reo. 4. Si actionem ex libello dictet, vt Reus excipiat. 5 Si actor Reum ad album Prætoris deducat, & ex quo capite edicti aduerſus ipſum experiri velit, oſtendat. vid. *Vultei. in pr. Inſt. de Act. n.* 43.

Ad verba Lit. D. vbi oro vel, lege Non) Prob. 1 Quia contra morem maiorum fuit domi vel in itinere ius dicere, rectius igitur legit. pro (vel Si) NON si, vel, Niſi, propter *L. pen ff. de iuſtit. & iur.* 2. *Verres* propterea reprehēſus, quod domi ſuæ de leuioribus etiā reb. aliquid ſtatuerit 3. Interrogationes in iure, quæ in cauſis capitalib. fiebant, nunquam niſi apud Prætoris Tribunal, ſcribis & lictoribus apparentibus fiebant, idem dicendum in ciuilibus: Non igitur domi, 4. Qui in iure interrogandus erat, in ius ab aduerſario vocabatur. *l. 1. ff. de ventr. inſpic.* Atqui in ius vocare non eſt in domum Prætoris vocare, cum ibi non ſit ius quēquam conueniri. *l. 2. ff. ne quis eum qui in ius voc. fuer.* Neque Prætoris cubiculum, ad cauſæ cognitionem idoneum fuit *l. 9. §. 1. ff. de offic. Procon.* 5. interrogationes fiebant interdum ab ipſo Prętore, interdum ab aduerſario, ſed hoc non potuit alibi fieri quam coram tribunali. *l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. l. 13. §. 3. ff. de iniur.* 6. vbicunque mentio fit interrogationum ſemper duæ voces adhibentur. In iure, vel in iudicio *l. 4. ff. d. t.* 7. Alias verbum (ſolum) in *d. l.* poſitum, Non haberet, quo referretur. 1. Obſt. Manumitti ſeruos in quibuſuis locis. *§. 1. Inſt. de libertin.* R. Hoc fit in fauorem libertatis, cuius gratia multa contra rationem iuris ſtatuta ſunt. *§. fin. Inſt. de donat.* 2. Obſt. Prætor interdum ius dicit data bonorum poſſeſsione, de Plano, ſeu Plano pede, vt in tribunal, ſiue locum ſuperiorem non aſcendat. R. de Plano cognoſcere, ſignificat iudicare in imo loco, ſeu gradu tribunalis, dum tamen Prætor illud ſalua maieſtate imperij ſui id faciat, hoc eſt lictoribus, faſcibus, ſella eburnea curuli, ſcriba, & cæteris apparitoribus Prætorem honoris cauſa circumſiſtentib. conf. *l. 4. §. in eum. ff. de Dam. infect. vid. Hotom. lib. 1. obſeru.* 22. Confer. *l. vlt. C. de offic. diuerſ. iud. l. 1. C. de offic. iudic. l. cum sētentiam. C. de ſentent.* Obſt. videtur *l. 2. ff. de offic. Proconſ. l. 2. §. dies ff. Quis ordo. ſeruetur* Reſ. vt ſupra.

Ad verba vnde infertur. Senſus obſcurus ita euoluitur. In *l. vnic. C. de confeſſ.* dicitur, quod Confeſſus in iure habeatur pro iudicato, vnde author probat. Ius eſſe iudicium; hoc argumento. Confeſſus habetur pro iudicato. Sed iudicatum eſt à Prætore pro tribunali ſedente. in

iure

Digitized by Google

iure. E. & Confeſsio facta in iure, ac conſequenter ius erit iudicium appellatione collata, ab eo quod fit, in eo vbi fit.

Theſis Tertia.

Lit. B. Libellus duplex) 1. Supplex, qui alias dicitur citationis, aut proceſſuum, cuius narrata talia eſſe debent, vt ex ijs libellus poſsit formari. 2. Actionis, ſeu meritorum. Qui ita differunt. In libello actionis clauſulæ ſalutares adijci poſsunt, nim. ſuper his peto mihi iuſtitiam adminiſtrari, omni meliori modo, huius enim virtute omnis actio, omneque remedium in iudicium deductum videtur: In libello ſupplici ſeu extraiudiciali, nihil illa clauſula operatur, ſed ad mala narrata ſupplicantis, aut ſimpliciter, aut provt eſt petitum, proceſſus denegatur, *Geil. 1. obſ. 61. n. 12.* Exhibetur igitur libellus Iudici, vel parti aduerſæ. Iudici exhibetur vel ante citationem, Cum ſupplicatione pro decernenda citatione, vel poſt citationem, cum pars aduerſa comparet: Parti aduerſæ vel vnà cum citatione à Iudice, vel in primo termino parendi ab actore, Conſuetudo autem fori attendenda eſt. Regulariter non requiritur, vt ante citationem libellus offeratur. *c. ſignificantib. & ibi Abb. n. 2.* præſertim quoad hunc finem, vt Reus contumax mulctari poſsit. Tutius tamen illud in praxi ſeruabitur *Schrad. tract. feud. p. 9. c. 7. n. 32.*

Lit. C. Experiundi cauſa Obſt. *l. 2. ff. de iur. & fact. ignor.* vbi dicitur, quod ius ſit certum & finitum. Ergo citare eſt iuris perſequendi & conſequendi, non experiundi cauſa vocare. R. Ius nō certum, quod ex facto oritur *l. 52. §. in d. uo. ff. ad L. Aquil.* Illud enim ex re conſtituendū *l. 1. §. 3. ad L. Cornel. de Sic.* Factum autem plerumque incertum eſt, ſiue propter fidem aut dicta teſtium, ſiue propter formam inſtrumentorum quibus probandum eſt, ideoque dicitur facti quæſtio in arbitrio iudicātis eſſe; *l. 1. §. ſed non vtiq. ff. ad ſenatus conſ. Turpil l. 15. ff. Ad municip.* Cum facti quæſtio etiam prudentiſsimos fallat. Inde dicitur dubius exitus iudicij *l. 51. ff. de pecul.* & alea iudiciorum. *l. 12. ff. de ſtat. hom.* Interdum deficere probatio, licet non ius. *l. 30. ff. de Teſt. tut.*

Lit. E Citatio eſt vel Realis) Quæ inducit capturam Perſonæ. Et in ciuilib, cauſis regulariter non habet locū, niſi: 1. Si reus cōtumax 2. quādo fuit.

Digitized by Google

do fuit per ſententiam condemnatus, quia pro executiòne ſententiæ poteſt capi perſona.3.niſi debitor de fuga ſit ſuſpectus. In criminalib. regulariter procedit, non tamen niſi ex commiſsione Iudicis.

Ad verba notetur autem) Senſus, Nundinæ publicam habent ſecuritatem, vt qui earum cauſa conueniunt, non interpellentur priuati debiti cauſa *l.vnic.C.de Nundin.& mercat.l.3.ff.de feriis in fin.* vbi dicitur, quod in eum ius dicatur, qui aduerſus communem vtilitatem nomine nundinarum quid accepit: ne carior ſcilicet annona fiat.*l.2.ff.Ad L.Iul.de Annon.* Adeò vt ex hac cauſa inter Dominum & ſeruum iudicium conſiſtere poſsit. *l 1.ff.eod.* Publici tamen delicti cauſa poſsunt interpellari.*l.4 ff.de pœn.Nou.6.c.7.* Et hæc ſecuritas data eſt à lege inquit *Bart.in l.11 ff.Ad L.Iul.Mai.* ita vt nihil debeant ſoluere gabellæ, datij vel pedagij, vel etiam loci nomine: Ratio, Quia eiuſmodi Nundinæ impinguant locum in quo celebrantur, id eſt plurima cõmoda afferunt arg *c.1.in fin. ff. de aq. plu.* Obſt.*l.19.§.2.ff.De Iudic.* vbi dicitur, qui merces aliquo loco vendit vel deponit, debet ibidem ſe defendere. R.*Gloſſ.*1. Quod Priuilegium tantum ſit intelligendum, quoad impetrantem, non autem quoad cæteros mercatores, qui cum alio contrahant. 2. R. Mercatores non poſsunt conueniri reſpectu debitorum ante nundinas factorum: Sed propter contractus quos mercatores contraxerunt, celebrauerunt in nundinis poſſe eos arreſtari imo, quia ſæpe ſcilicet fugitiui etiam capi. ait. *Sichard.ad d. l. vnic. Cuiac. in parat.Cod.* Fallit niſi in ijſdem vel contraxerit quis vel ſe ſoluturum promiſerit. Quia PriuilegioNundinarum hoc modo renuntiatur. *Per Peck.de iure ſiſtendi.*

Theſis Tertia.

Lit.A.) Citatio continebit Nomen & cognòmen Iudicis.1. vt cognoſcat citatus an competens ille ſit arg.*l.2.ff.de in ius vocand.l. vlt.ff.de Iuriſd.*2. An iuſſus iudicis præceſſerit, quod requiritur *l. fin. C.de exhib. reis.*

Ad lit.C. ibi citantis vt citatus de eo qui ipſum citauit certus ſit, ad hoc vt deliberare poſsit, an velit cedere an contendere. Poſsent enim eiuſdem nominis plures eſſe. Citatio autem dubia & æquivoca non

valet

valet: Pluralitas enim nominis inducit obſcuritatem. *l.30 ff. de Teſt. tut*. Et taliter citatus repetit ſumptus litis & damna. *L. eum quem temerè. ff. de Iudic*. 4. vt citatus intelligat citationem ad citantis petitionem & inſtantiam, & non ex officio iudicis factam: Iudex enim non debet proprio motu, ne in criminalib. quidem citationem decernere: niſi imploratus. *L. fin. ibi poſtulante ff. de reb. auth. iud. poſſid.*

Lit. B. Nomen eius qui citatur) Ratio. quia contra non nominatum procedi non poteſt. *L. cum quæritur. C. de Execut. rei iudic*. 2. vt Euitetur æqui vocatio, vt cognoſcat citandus, vtrum citatio ipſum concernat, vtque fraudib. obuietur. ne Actor amplius variare poſsit. Et Proclama contra non nominatum decerni non poteſt. Cum non Entium nullæ ſint qualites. Prius enim perſona quam ratio quærenda eſt, & qualitas ſine ſubiecto ſtare non poteſt.

Etiam cum plures ſunt litis conſortes) Scil. tunc ſingula nomina & cognomina ſunt exprimenda; ſub generali enim conſortum nomine qui citatus non comparere tenetur. Hinc in Camera nunquam decernuntur citationes contra. N. & N. heredes Titij defuncti, & ſi ſupplex libellus, eo modo conceptus ſit, decretum datur hoc Pacto, ſi ſupplicãs heredum nomina expreſſerit. vid. *Ordinat. p. 1. tit. 22. §. item* welcher. Obſt. Quando ſunt multi conſortes vnius appellationis, ſpecificatio illa non eſt neceſſaria: Nec enim ſunt multi concreditores expreſsi in actis. R. Aliud eſt in prima inſtantia, Tunc enim requirunt quandam cauſæ cognitionem & legitimationem ad initium, An ſint heredes, an Tutores *Mynſ. cent. 2. obſ. 66.*

Si tamen ciuitas vel collegium) Illa ſubſiſtit V. g. Citamus ad inſtantiam talis Conſules & Senatores talis ciuitatis, Item Abbatem & Priorem talis Monaſterij, Decanum & Capitulum talis Eccleſiæ. Sculterum & communitatem talis pagi: Ratio, quia huiuſmodi nomina collectiua certam iuris determinationem habent, & certum corpus repræſentant. Et ſufficit generalis determinatio, cum citandorum nomina probabiliter ſciri non poſsint, Collectiua enim citatio ad omnes peruenire poteſt.

Lit. D. cauſam) *c. propterea de Dilationib*. vt citatus cognita cauſa inſtructus ad Iudicium veniat. 2. Ne citatio ſit indiſcreta & obſcura. Et vt.

Digitized by Google

reus poſsit dici contumax 3. Quia citationis commiſsio & decretum reputatus pro interlocutoria *gloſſ. in l. ſi interpellerur. ff. De arbitr.* Ideò requirit aliqualem cauſæ expreſsionem. *arg. l. filiusfam. §. Diui. ff. De legat. 2.* Maxime in delegato. Obſt. In ordinario preſumitur cauſa, *l. conſentaneum. C Quomod. & quand. iudex.* Ergo eius expreſsio non eſt neceſſaria R. In Camera Imperiali ſemper cauſa inſeritur, vt vocatus cognoſcere poſsit quam ob cauſam ſibi comparendum ſit. Diſting. Alij. An quis citetur de longinquo, & cauſa eſt exprimenda in citatione: An vero ex propinquo & non. Nota quod hæc cauſæ expreſsio præſtet illud commodum. 1. aufert reo dilationes ad deliberandum vtrum litigare an deſiſtere velit. 2. litis pendentia inducitur. *Mynſ. cent. 5. obſ. 85.*

Ad verba: An vero ad certam) Ad certam cauſam citatus non poteſt cogi, vt reſpondeat ad aliam? Neg. *Innocent. in c. licet. n. 2. De offic. deleg:* cum hoc conſentit ius Saxonicũ. Landrecht. *part. 2. art. 2. in verbis.* Herr Richter/Mir iſt hierumb nicht her beſcheiden. Ratio, 1. ne tollatur vtilitas expreſsionis cauſæ, quæ eſt de ſubſtantia citationis. 2. vt denuntiationi reſpondeat actus denuntiantis. *l. 5 ff. Quod vi. aut clam.* 3. Citatio operatur deuolutionem, quæ deuolutio non poteſt fieri, niſi in his quæ ſunt expreſſa in citatione, Nam citatio non arctat citatum, quando actus aliter geritur, quam dictum ſit in citatione. 1. Obſt. *l. 29. §. 2 ff. De minorib.* ibi (Præſente vel ad agendum euocato) vbi duo diſtinguuntur: Præſente Creditore, vel euocato, ibique notatur, ſi præſens ſit Creditor, non opus eſt eum vocari; At ſi abſens eſſet, vocaretur. R. 1. Ibi ſola præſentia Creditorum ſufficit, abſque citatione, quia principale negotium creditores non concernit, ſed incidenter, filius enim minor ibi petebat reſtitutionem aduerſus immixtionem, vt ſcilicet abſtinere liceat, euocandi igitur erant illi, quorum intererat, qui ex illo actu lædi poterant. *l. 39 ff. de Adopt. l. 47 ff. De re iudic.* Nealioqui res inter alios acta alijs præiudicet. *tt. C Inter alios act.* Semel enim agnita hereditate ius quæſitum eſt creditoribus. 2. R Ex *Nou ll. 119. cap. 6.* vbi præſentes quoque vocantur & abſentes. Intellige igitur hanc oppoſitionem. in *d. l. 29.* hoc pacto. Præſens non euocatur propter præſentiam, ſed propter inſtructionem, abſens vocandus

Digitized by Google

dus propter vtrumque. 2. *obſt.* Qui certus eſt amplius certiorari non poteſt. *c. Cū. quis de R. iur. in 6. l. 2. verſ. Nec cum ff. de. in ius. vocand.* Ergo citatio præſentis eſt actus ſuperfluus R. Certus in genere, ſeu confusè poteſt & debet certiorari in ſpecie & diſtinctè. 2. Hic qui citatus eſt ad vnam cauſam, nondum eſt certus quoad aliam cauſam. 3. Eſt quidem hæc citatio ſuperflua, quoad præſentem, non vero quoad omiſſum ordinem iudiciariū Cum enim citatio ſit fundamētū iudicij *c. quoniam. X. de probat. l. 47 ff. de iudic.* Actus iudiciarius hic omiſſus nullus erit. Ad L. 2. ff. *de in ius vocand.* R. Aliud fuiſſe in violenta illa raptione in ius, qua in citatione. 3. obſt. Citatio illegitima, quæ tamen ad notitiam citati peruenit per comparitionem, perinde arctat citatum atque legitima citatio. *l. 1. §. 1. ff de Fer.* R. Ibi citatio non fuit illegitima, quia licet citati præſcriptionem fori haberent. Priuilegio tamen & fauori ſuo renuntiarunt, quod poſſunt. *l. 46. ff de Pact.* 2. Diſting. inter citationem illegitimam & nullam, illegitima & ſuperflua non vitiat, ſed conualidatur, quia abundans cautela non nocet. Sed nulla per ſolam præſentiam non ſuppletur vt ſupra. Non igitur citationis effectus tātum eſt comparitio ſed & deliberatio. vid. eleganter. *Gothofre. ad l. 45. ff. de re iudic.* vbi dicit quod etiā citatio inſtituenda ſit, licet de re notoria agatur Diſtinguit. *Mynſing. cent 6 obſ. 6 n. 9.* vt ſi quis in iudicio præſens eſſet ex alia cauſa, & tertius quiſpiam nimir. ad cuius petitionem non fuerit citatus, ipſi litem intendere velit, non teneatur litē ſuſcipere, niſi ſingulariter ad hoc citatus, atque ita dicit ſeruari in conſiſtorijs, niſi fortè is præſens eſſet homo fugitiuus, vel talis, qui alias facilè conueniri non poſſet. At præſens in iudicio ei, qui ipſum citari curarit, reſpondere teneatur, tametſi ad actum incidentē non ſit citatus. *Gilhauſ. de cit. &c.*

Lit. *E. Locum iudicij.*] 1. Iuriſdictio enim iudicis non cauſis & perſonis tantum, ſed loco etiā æſtimatur, vt ſi iudex aliquem extra locum competentem citet, citatio nulla ſit. *l. fin. ff. de iuriſd.* 2. Citatio ratione loci incerta, nulla eſt, *l. aut qui aliter ff. Quod vi aut clam. l. 2. C. Quom. & Quand. iud.* (3. vt ſciat citatus, vtrum locus aſsignatus ſit tutus. Et hæc procedunt infallibiliter in Delegato, cum is certum Tribunal non habeat, in quo iudicet. Aliud eſt in Ordinario, qui ad locum conſuetū

 vocaſſe

Digitized by Google

vocaſſe præſumatur, Per *l. ſi locus. 59. ff. de Iudic.* Solita enim & conſueta ſequi debemus. Ita in inferiori Auſtria non opus eſt locum citationi inſeri vid *l. pen. ff. de I. & I.*

Nam ſi locus tutus non ſit.] Tunc enim comparere non tenetur, quod obtinet etiam in eo qui ſe ex contractu obligauit, vt vbique locorum conueniri poſsit, nam ſi locus non ſit tutus, obligatio nullius erit momenti: Idem eſt in loco, vbi peſtis graſſatur. Cum locus ratione contagij non ſit tutus, nam ſalutis & valetudinis ratio habenda *l. 2. §. 3. & ſeq. ff. Si quis cautiom. l ſi cui ff. Ex quibus cauſis. mai. l. qui cum vno. §. fin. ff. de Re milit.* Imo citatio ad locum non tutum adeo nulla eſt, vt neceſſe nõ ſit appellare: Ratio eſt, quia impoſsibilium nulla eſt obligatio. *l. 185. ff. de R. I.* Obſt. 1. Imputari huic poteſt, cur non citius egerit, & alium citari fecerit, cum prouidere debuerit poſſe iſta per humanam conditionem facilè euenire, arg *l. 9. §. 1. ff. Locati.* Ergo dignus non eſt, pro quo humanitatis ratio habeatur, cum ſe in anguſtias coniecerit, arg. *l. 2. §. vis fluminis. ff. Si quis caution.* R. Nemo inuitus ad agendum cogitur. 2. Caſus aduerſos præuidere non eſt hominum. *l. 23. in fin. ff. de R. I.* 3. Nemo dominus ſuor. membror.

Ad V. Idem eſt ſi locus ſit inhoneſtus.) 1. Obſt. Omnimodo parendũ Iudici; Nam quẽadmodũ Iuris præceptum eſt honeſtè viuere, ita etiam alterum non lædere, ſuum vnicuique tribuere. *l. 10. § 1 ff de I. & I.* R. Multum intereſt, an iudex inique, an iniuſta poſtulauerit, quod iniquum eſt, non lædit niſi ius litigatoris. Sed quod inhoneſtum, lædit publicam honeſtatem. *l. 15. ff. de condit. inſtit.* 2. Obſt. Non præſumitur Iudicem, qui ſemper pro viro bono & honeſto habetur, aliquem ad locum inhoneſtum citare velle. R. Præſumptio vincitur à fortiori probatione.

Lit. F. Et Terminum.) *L. 5 §. 1 ff Quod vi aut clam*, vt ſciat citatus an dies ſit iuridica, nam ad diem feriatum nõ tenetur comparere. *l. 2 ff. Si quis in ius voc. non ierit.* 1. Obſt. *c. cum parui. de Appell.* R. diſſentiunt Canoniſtę, ſed prior in praxi obſeruatur. *Cauall. in quæſt. comm. contra comm q. 109.* Quidam diſtinguunt inter citationis ſine termino factæ effectum, affirmantes valere iam ad hoc, vt citatus puniri poſsit, tanquam contumax, non ad hoc, vt iudex ad vlteriora procedere poſsit. De Iure Canonico

Digitized by Google

nonico citatio ad diem feriatum valet, ita, vt non eo die citatus compareat, ſed die proxima inſequenti, quæ futura ſit iuridica, per *c. cum dilectis, de dol. & cont.* Hinc nata eſt cautela, vt nimirũ poſt aſsignatam diem ſubijciantur hæc verba. Quod ſi dies illa non ſit iuridica, compareat die ſequenti iuridica.

Hora tamen.) Quia ad horam conſuetam citatus intelligitur, ſicuti in Camera Audiẽtiæ certis hori, diebus fere ſingulis, feriatis exceptis, in loco publico celebrantur. Debet tamen comparere in tali hora, in qua poteſt ille actus celebrari ante noctis tenebras: Si tamen apponeretur hora, & poſtea non fieret actus in illa hora, ſed in alia, non valeret.

Terminus autem in Camera arbitrarius eſt.) Terminus in citatione præfixus congruus eſſe debet, vt citatus ad locum deſtinatum commode venire poſsit. Alias ſi minus breuis apponeretur, citatio non valeret. *L. aut qui aliter. ff. Quod vi aut clam.* In ciuilibus debet ad minimũ eſſe 10. dierum. *l. ad peremptorium. Cum l. ſeq. ff. de Iudic.* In Camera hoc tempus arbitrarium. Dantur tres termini ſecundum formam iuris. Alioquin vnicus loco peremptorij, quod fieri ſolet quando plures citãdi ſunt, qui in diuerſis territorijs domicilia habent, ad eum effectum, vt executio commodius fieri poſsit, & omnes citati ad terminum præfixũ ſine moleſtia commode comparere queant. vid. *Geil. 1. obſ. 53. n. 20.*

Nec dies aſsignationis in eo computandus.) 1. Intelligitur enim de diebus proximis. *l. 41 in pr. verſ. Planè ff. de V.O.* 2. Dies cautionis non computatur in termino *l. 1. ff. Si quis cautionib.* 1. Obſt. Dilationes ſunt ſtrictiſſimè interpretandæ *l. 1. C. de Dilat. l. 2. in pr. ff de Appell.* R. Terminus eſt ſtrictè computandus poſteaquam cœpit currere,

Theſis Quarta.

Lit. A. Niſi accedat commiſſio Iudicis.) *l. fin C. de Exhib. reis. L. Cum Clericis. C. de Exhib. reis. l. 10. §. vi. ff. de in ius vocand.*

Lit. B. Eiuſmodi autem nuncijs iuratis propter iuramentum creditur.) Fallit niſi citatus eſſet perſona circumſpecta, & fide digna, iuratoque aſſereret, ſe nunquam citatum fuiſſe, huic magis credendum, quam nuntio. *Mynſ. cent. 6. Obſ.* 10. Præſertim ſi talia renuntiaſſet nuncius, quæ de citato facilè non præſumantur, vt quod citationem contumelioſis verbis reiecerit, iudicem calumniatus fuerit, vel ſimile quiddam.

Digitized by Google

Lit.C.Illi ipſi.) Quia citatio eſt facienda perſonaliter:niſi à iudice habeat Arbitrium, vel citet in domo.

Ideoque Citatio.)Quia hoc ſequeretur inconueniens,ſi fortè vxor odio proſequeretur virum, vel è contra, non notificaret vnus alteri,item quia ſcientia patris non nocet filio.*l.4.ff. Quis Ord. in bonor. poſſ.ſ.ſeru.*1.Obſt.*l.Aut qui alter.§.Sed & Seruiu. ff.Quod vi aut clam.* Quo cauetur abſente fœmina ſatis eſſe viro eius aliquid denuntiare, & ſic diſpoſitum in viro debet etiam in vxore diſpoſitum cenſeri,per *l. vlt. C.de ind:ct.vid.toll.*R.Hoc argumentum à reciprocis non valet,vbi eſt diuerſa ratio.*l curatorem.C.de interd.matr.* Et notum eſt mulieribus minus peculiare ac proprium eſſe negotia forenſia extranea curare.*l. 2.ff de R.I.* proindeque & ipſe vir vxorem ſuam defendit, non vxor virum.*l.1.§.vlt & ſeq.ff.de iniur.* Fallit, niſi citatio fieret in communi domo,vbi familia eius eſt.*l.1.§.domu ff. de agnoſc.* & *al.lib.*2.Si detur copia citationis.3.vbi non agitur de magno præiudicio.

Lit. C. Alia poſt concluſionem.) 1. Clauſula. Vber dieſes alles/bitt ich mir gerecht vnd gerechtigkeit durch millrichterliches Ambt mit zutheilen/ per hanc. 1. omnis actio qualis qualis ex narratis reſultans in iudicium deducta cenſetur. 2. Per eum Iudicis officium interpellatur, vt defectus ſuppleat, & ſuper petitis pronuntiet. 3. Hæc Clauſula eſt loco concluſionis, ideo omitti ea poteſt. 4. Ineptum libellum ſuſtinet, vel ab impenſis Actorem abſoluit 5. Contrarius libellus ſuſtinetur. 6. Cenſetur præpoſitum vel petitorium vel poſſeſſorium, quod melius eſt Actori. Sed *Author* illam reijcit, quando petitur Reus condemnari. quia petitio condemnationem ſecum trahit. 2. Cum Pertinentijs ſuis ſuſambt dauon empfangenen vnnd erhabenen abnutzungen/ vnd ſo ein fleiſſiger haußhalter daruon hatte empfangen mögen. Fructus enim à re quæ petitur ſunt ſeparati, ante iudicium cœptum non veniunt iure Actionis ſed officio Iudicis. *Author* hanc clauſulam reijcit arg. *l. 35. ff. de V. S.* 3. Saluo iure addēdi, quam *Author* reijcit, cum nihil operetur. *arg. §. 39. Inſt. de Act.*

Lit. D. Libellum autem vſq; ad ſententiam] Q. An Libelli mutatio vſque ad ſententiam definitiuam permiſſa? Affirm. 1. Per. §. 35. *Inſt. De Act.* ibi [*in eodem iudicio*] 2. Iuris error in damnis amittendæ rei ſuæ non nocet. *l. 8. ff. De Iur. & fact. ignor.* 1. Obſt. Quid ſi ſuper actione propoſita deliberauit reus cum Aduocato & ſumptus fecit? Si dicamus poſt litem conteſtatam locum eſſe mutationi adhuc erit neceſſe redire aduocatum, & nouas expenſas ſubire, quod eſſet valdè inconueniens. arg. *l. 74. & 75. ff. De. R. I.* Reſp. ex *l. 3. C. De Edend.* eam mutationem eſſe faciendam iuxtà æquitatem ius dicentis, quæ eſt, vt ſumptus ei refundantur. *l. 72. ff. De Iudic.* 2. Obſt. *L. 23. ff. de Negot.* vbi Paulus negat in iudicium veniſſe id, quod poſt iudicium acceptum accidit: ideoque alia interpellatione opus eſſe ait: vnde iſti libellū poſt litem conteſtatam mutari non poſt eſſe, ſed nouo iudicio agendum eſſe concludunt. Reſp. *Philip. Matth. ad l. 86. n. 30. ff. d. R. I.* Ante Zenonem in iudicium illud ſaltem Venire dicebatur, quod in litis conteſtationem veniſſet. Poſt Zenonem in iudicium venire etiam illud dicitur, quod poſt litem Conteſtatam apud eiuſdem iudicem petitur, ac proinde ſi poſt litem Conteſtatam error emende- hodiè æque illud in litis conteſtationem veniſſe cenſebitur, ac ſi

diſer-

Digitized by Google

diſertis verbis mentio illius in ea facta fuiſſet;id quod *VVeſenbecius.* *in d.§ Si minus*.æquitati. *Alciatus* vero. in. *d.l.3.* fauori dirimendarum litium adſcribit: tametſi *Donellus in d.l.3 n.17.& ſeq.* priſcorum Ictorum temporibus etiam antè Zenonis Conſtitutionem idem ,non quidem in eodem,ſed nouo iudicio obtinuiſſe ſcribat,idque ipſum probat. *l.4.§.vlt ff.de noxal.act.* vbi *Paulus* haud obſcurè innuit , quod quis actioni noxali à ſe intentatæ quid adijcere vel detrahere poſt litem conteſtatam non prohibeatur. Atque in eundem ſenſum quoque allegat.*l.18.§.vlt ff. De vi.& vi.arm.* vbi is qui vendicationem inſtituit, ſi interdicto Vnde vi agere potuiſſet, errore cognito, etiam pendente iudicio(hoc eſt poſt litis conteſtationem , cum litis conteſtatione demum, vt dixi,res in iudicium deducatur)ex Papiniani ſententia à rei Vendicatione deſiſtere, atque interdicto vnde vi experiri poteſt. Ergo poſt litem conteſtatam actori actionem intentatam mutare, multaque magis emẽdare licet,& quidem toties,quoties ipſa æquitas ſuaſerit,dummodo damna , quæ ob actionem præcedentem temerè inſtitutam reus fecit,actor ipſi reſarſerit,argumento eius,quod Vlpianus.in *l.79 ff.de indic.*ſcribit. Atque eatenus aſſentior ijs , qui contrariam ſententiam propugnant. vid.*Sich.l.4 n.21. C. De Pact.* 3. Obſt. Quod per litis conteſtationem quis obligetur , vt ab ea diſcedere & amplius pœnitere non poſsit.*l.52.ff.De iudic.* Reſp. Neque nos ab ea diſcedere , quinimo potius eam,propoſita poſt modum competente actione,confirmare. Neque officit.*d.l.52.*modo eam iuxta caſum. *l.4.C.De Pact.*interpretatus fueris. 4.Obſt Super Clauſula emendata nulla poteſt fieri litis conteſtatio,E.nec ſententia. *L.Probatam.C. De Sent.* Reſp.Sufficere conteſtationem litis in ſumma petita,quæ deinde facilimè extenditur ad ſpeciem adiectam. 5.Obſt.Qui dicit ſe poſsidere,vſque ad litis conteſtationem pœnitere poteſt,poſtea verò non.*l.is qui ſe.ff.de.Re iudic.* E.nec libellum mutare. Reſp. A Separatis malè inferri.*l.Papinianus.ff.De minorib.* Poſſeſſor enim non poteſt eſſe certus de iure ſuo;Idcirco dolo facere videtur,ſi poſteà ſe poſsidere negaret, Contra in caſu noſtro. 6.Obſt. *Nou.112.c.3.* vbi ſancitur,non licere ei, qui actionem mouit,eandem pro arbitrio omittere, & in aliud tempus differre. Reſp.*c.3.*agere de ijs,qui actionẽ inſtitutã ita remittũt,vt ei nõ renũcient; Sed eius alio tẽpore exercẽdæ poteſtatẽ ſibi reſeruẽt. Nos vero agimus de ijs,qui veteri actione planè relicta nouã inſtituãt.

FINIS.

Digitized by Google

DISPVTATIO VII.

DE IVSTITIA ET IVRE.

RESPONDENTE

IOHANNE von dem Brǒl *Condicto* Plater *Equite Marcano.*

Παρασκευή.

DE Principijs iuris tũ Philoſophicis & Politicis in genere, occaſione *tit.* 1. tum Hiſtoricis, *tit.* 2. tum Legalibus & Politicis in ſpecie. *tit.* 3. & 4 *ff. orum* ſecundum ſeriem theſium & quæſtionum *Hieronymi Treutleri. ICti* ſuccinctè dicturi poſt alios, præmittimus illud *Baldi.* Inueniendis inuenta non obſtant, multumque adhuc ſupereſt laboris, multumque ſupererit; Nec vlli poſt mille ſecula naſcituro, aliquid adhuc adijciendi præcludetur occaſio. arg. *Nouell.* 89. *in fin. pr.* Sicut enim auri bonitas, tum facilè noſcitur, quando alteri auro comparatur, ità collatio ſententiarum & doctrinarum valdè illuſtrat veriorem & perfectiorem ſententiam *Herod. ib.* 7.

Theſ. 1 Lit. A. *Ius autem illud primum.*

Quæſt. 1. *Vnde dicatur? Ius* Reſp. Author, à Iubendo, notatione ſcilicet partim Logica, ſi ſumitur pro præcepto. *arg. l.* 7. *ff. De LL.* partim Grammatica, quia apud *Feſtum* iura, iuſſa, Furia, Fuſia. arg. *pr. Inſt. De Lege Fuſ. Canin. toll.* dicebantur, quatenus antiquis. R non fuit in vſu, cum verò ſumitur relatè, pro iuris arte, ius à Iuſtitia appellatum eſt: Alij putant dici, à Iuuando; Alij, à Ioue, Patre iuris, Alij, per metatheſin literarum, quaſi ſvis, cui opponitur in *l.* 3. *ff. De Iuſt. & Iur.* Alij, quaſi ἰὸν, vagum; vel à Tragica eiulatione ἰὼ, Iuſtitia inde dicitur, vel quod vim ſiſtat, vel quia in ea ius ſiſtatur, vel quia ſit in ea iuris ſtatus, vel quia in ea ſtent omnia iura, niſi quis ſimplicius dicat, à Iure Iuſtum, Iuſtitiam à Iuſto Iuſti eſſe, addita particula (tia), ſicuti eſt à mœſto mœſti mœſtitia. *VVeſenbec. in parat. h. t. n.* 3.

Lit. B. Ex *hoc autem, quod Iuſtitia. &c. Quæſt.* 2 *An dentur in iure caſus*

 pro

Digitized by Google

pro amico? Neg. qui verius pro Diabolo appellantur. 1. Quia ius ſemper certum eſt. *l. 2 ff. De Iur. & fact. ignor.* licet inſcitia noſtra quandoque incertum reddatur. *l. 28. § fin ff. De Iudic. §. 6. Inſt. De verb. oblig.* 2. Ita iudicandus ciuis, vti peregrinus. *Deut. 1. verſ. 16.* magnus vti paruus. *ibid. verſ. 17.* nec debet eſſe reſpectus perſonarum *Matth. 22. verſ. 16. Luc. 20. verſ 21. c. in Iudicijs. De reg. iur. 6. c. fin. cauſ. 3. quaſt. 9. l. fin.* C. *De Fruct. & lit. expenſ.* Eſt Iupiter omnibus idem. 3. Non quis agere debet illud, de quo dubitat an ſit peccatum vel non, quod enim non eſt ex fide, peccatum eſt. *Rom. 14.* ideò, qui opinatur Epiſcopum eſſe Simoniacum non eſt ab eo ordinandus, niſi prius errorem exuat; Conſcientia enim erronea ligat, vel ad ſui depoſitionem, vel ad faciendum id quod illa ſuadet, *c. per tuas. 32. X. De Simonia.* nec iudex iudicare debet ſecundum decretalem, de qua dubitat, an iuri ſit conſentanea. *c. Paſtoralis. 8 X. De Fid. inſtrum.* 4. Veritatem iudex perquirere debet, ad quam homines nati ſunt. *Ariſt. 1. Ethic. cap. 1. & cap. 6.* Veritas enim honori præfertur, & duobus amicis exiſtentibus, ſanctum eſt honorare veritatem, quam prodere, in qua deficere aliquis non debet; non ſolum palàm mendacium loquendo, ſed nec etiam veritatem liberè non pronunciando. *c. nolite. 86. cauſ. 11. quaſt. 3.* Deus enim eſt ipſa veritas, & Deum prodit & ſpernit, qui veritatem ſpernit; maximè cum non infirmitate & ignorantia peccat. *c. abijt 83. cauſ. 11. quaſt. 3. Iob. 14.* Vnde celare veritatem eſt peccatum mortale. *gloſs. pen. in c. non ſatis. X. De Accuſ.* vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm ſi veritas relinquatur: *c. Qui ſcandalizauerit. 3. X. De Reg. Iur.* eã colit ante omnia Imperator. *L. vn. C. De dedit. l. toll. c. 5.* Dicũtur tales Iudices χειρόδικαι, qui callent Dialectũ Doricã, digni, vt cũ Siſamne ipſis viuis detrahatur cutis, & ſolio iudiciali ſuper inducatur. *Peucer. in Hiſtoria. Cambyſis.* 1. Obſt. Is iudex non malè iudicat qui iuſtitiam facere non neglexit. *tit. 53. 2. Feud. §. 1. verſ. Iudices verò* & qui facit, quod alter eiuſdem conditionis iudex prudens faceret *arg. l. 29. in fin. vbi Dd. C. De Pact.* Sed qui in caſu à iure non deciſo, & multiplicitate communium opinionum pro amico iudicat, taliter facit; Ergò. Maior. prob. Quia cum in iure noſtro negligentia iudicis puniatur, eaque latæ vel leui culpæ æquiparatur. *l. 132. ff De Reg. iur.* certè de leuiſsima culpa & caſu fortuito non tenebitur. *Dd. dd. locis.* Min. prob.

per

Digitized by Google

per.*l*.2.§.14.C.*De veter.iur.enucl.* vnde dicitur, quod iudex in magno conflictu communium opinionum poſsit ſequi, quam velit, etiam propriam. *Menoch.in arbitr.caſ.*177.*n*.6.Reſp.*Menoch.in arbitrar. caſ.* 339. *n*.22.quod hoc argumentum quidem procedat in iure ciuili temporali, nô verò Spirituali, per rationes ſupra adductas.2.R.ad Min.quod prudentiſsimus iudex etiam in maxima ambiguitate rem potius diuideret arg.*c. afferte*.3. X. *De Præſumpt.* quam temerè vni amico adiudicaret cum factum iudicis factum partis cenſeatur. *Theſ. deciſ* 89.*n*.3. Nam induenti perſonam iudicis, exuenda eſt perſona amici, cum fieri vix poſsit, vt non oculorum ſenſum & animum premat amor. *c. accuſatores.cauſ.3.quæſt.*5. Affectus enim iuſtitiæ maximè obſunt, Ergo amici cauſa, neque in Capitolium faces inijcere, neque peccando in præcepta Dei perdere & nos & amicum debemus: Amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas, Imò Medicum potius imitari debemus, qui ſecundum artis regulam non ſecundum amicum curat. *Cic. pro Cluent* .2.Obſt.In iure noſtro ſunt multa dubia.*tt ff. De Reb. dub.* plurima, quæ relinquuntur arbitrio iudicis, vt in *l*.3 *ff*.*De teſtib.* teſtiũ fides. in *l*.1.*&* 2 *ff*.*vbi Pupill.educari debeat.* Educatio Pupilli, & alimenta. in *l.* 6. *in pr.* C. *De Inoffic. teſtam.* ſupplementum legitimæ. *in l.* 16. *ff. de Pœn.* mitigatio & exacerbatio pœnarum.Reſp.1.*tt.ff.de R.b.dub.* loquitur de dubietate facti, non iuris, de qua nullus in iure titulus arg.*l*.28 *§.fin.ff.de Iudic*.quia ignorantia iuris punitur. *tt.ff De.Iur.& fact.Ignor* .2.Reſp.Arbitrium tunc iudici conceditur, quando Lex ipſa certum modum ſtatuere non poteſt, cum id dependeat à circumſtantijs ſubiecti, & vt dicitur de eo quod intereſt, plus facti quam iuris habent.*l*.24 *ff*.*De Reg.iur.* Hoc tamen arbitrium iudicis non cerebrinum & phantaſticum eſſe debet, vt inquit *Panorm*.ſed.LL.& rationibus circumſcribitur.*l*.13 *ff. De pœn.* licet in delictis ei liceat à definita pœna recidere, *L.*11 *in pr.ff.Eod.* augendo, vel minuendo, cum Imp.nunquam aliquid ex mero ſuo arbitrio ſtatuit, ſed ſemper ex arbitrio LL. *Theſſaur. in præfat.ſuar.deciſ.n.*32.*l* 3. C. *Ex quib. cauſ.infam irrog.c*.3.Obſt.Pro Iudice, qui legaliter officium ſuum exercere iurauit, ſemper præſumitur, & in multis creditur*l*. 14. *in pr.ibi, ac ſi ipſi abis.ff.De offic.Præſid.l*.4.§.1. *ff. De Publican.& vectigal.*

Digitized by Google

& pœnis §. 4. *Inſt. De public. iudic. l. 38. §. 5. ff. De Pœn.* Reſp. Acceptio perſonarum fit in modo corrigendi, & qualitate perſonarum, poſtulante ità iuſtitia diſtributiua, & Geometrica proportione, non verò in commutatiua. 7. Obſt. *l 28 ff. De Re iudic.* vbi iudex vni ſententiæ duorum accedere poteſt. Reſp. Hoc fit ex diſcretione motus ſui, ſolo Deo inſpecto, nō adhærendo per viā alicuius carnalitatis, nō ideo gratificationi locus eſt. arg. *l. 9. in pr. vbi Gothofr. Lit. E. ff. Ad L. Iul. De Adult. coerc.* 8. Obſt. *l. 8. ff. De Pact.* vbi reſpicitur dignitas, & iudex inclinat in partem vnius creditoris, ſi pares ſint in dignitate. Reſp. 1. ibi diſtributiua iuſtitia attenditur, & illa deciſio fit extraiudicialiter, creditoreſque adhuc integram habent ſuam petitionem.

Ad. verb. Vbi diſtinctè docet] *Quæſt. Quomodo iudex procedere debeat, quando partium iura perinde vtrinq; ſunt obſcura?* Reſp. *Author*, dupliciter. 1. Obſt. prima ſententia. Quod iudex in re dubia potius debeat pronunciare, vti poſsidetis, ità poſsideatis, atque ità neuter vincit, nec vincitur. *l. 3. in pr. ff. Vti poſſidetis.* Reſp. hæc ſententia incerta diceretur. *contr. l. fin. C. De ſent. quæ. ſin. cert. quantit. §. 32. Inſt. De Action.* 2. Ex ea ſententia daretur iudicibus occaſio veniendi ad arma contr. *l. 13. § 4. ff. De vſufr.* & perinde eſſet, ac ſi diceret [*Ite cum Domino, venite cum Diabolo, date aliquid fiſco*] oppoſita *lex. 3.* loquitur, cum iudex pronuntiat vtrumque poſsidere, diuerſa poſsidendi ſpecie, ſc. vt vnus tanquam fructuarius, alter tanquam proprietarius, cum hic de poſſeſsione in ſolidum quæſtio ſit. 2. Obſt. ſecunda ſententia, quod iudex debeat ſequeſtrare poſſeſsionem apud alium. arg. *l 13 § 4. ff. De vſufr. l. 14. ff. De offic. Præſid. l. 7. §. 2. ff. Qui ſatisd. cog.* Reſp. iſta ſequeſtratio adimit iuſtum Dominium, aut poſſeſsionem poſſeſſori. *tt. C. De Prohib. ſequeſtr. pecun.* 2. In maximè ceruicoſis non leue ſcandalum pariet, ſiquidem eorum nemo actoris partes ſuſcipiet, & armis res tractabitur. 3. Obſt. tertia ſententia; Sorte res eſt dirimenda *l. fin. in pr. C. Com. De Legat. l. 13. ff De Iudic.* Reſp. Hoc non iuris, ſed facti eſt, quæ quæſtiones facti forte non terminantur. *l. 32. ff De Teſtam. tutel.* vti eæ, quæ ſunt iuris. Inſt. Imò hæc quæſtio eſt iuris, id eſt poſſeſsionis, quæ in acquirēdo & retinendo plus iuris, quàm facti habet. *l. 49. in pr. ff. De Acquir. poſſeſ.* Reſp. Verius eſt facti, & non iuris eſſe, quis in poſſeſsione ſit. *l. 1. §. 3. ff. De Acquir.*

Digitized by Google

poſſeſſ.l.38 .§.7.*ff.De Verb.Obligat*.2.Reſp.Tūc iudicium iudex ſorte dirimere poteſt,cum ab eius perſona, non à partibus contendentibus pendet,vt hic .4.Obſt.quarta ſententia:Quod iudex debeat in cauſa ſuperſedere,atque ita partes dimittere,& ſic ſententiam dicere, duabus literis.N.L.id eſt,non liquet.arg.*l.13.§.4.ff.De.Recept. arbitr.* has quæſtiones inexplicabiles Græci Ἀντιςρέφοντας appellant: Ità aliquando à Sapientiſsimis Græcorum iudicibus pronuntiatum eſt,inter Protagoram Sophiſtarum acerrimum & Euathlum eius diſcipulum. *Gell. lib.5.Noct.Attic.c.10.*

In ſimili Materfamilias quædam Smyrnæ maritum & filium interfecit,cum ab ijs optimæ indolis iuuené,quem ex priore viro enixa fuerat,occiſum eſſe comperiſſet. Dolabella proconſul in Aſia,cum neque liberare duabus cædibus contaminatam, neque punire iuſto dolore impulſam facilè poſſet:hæſitans,quid inter vltionem & ſcelus ſtatui oporteret,rem ad ſe delatam Athenas ad Areopagitarum cognitionem remiſit. Areopagitæ in cauſa,illa de qua memini,ad ipſos remiſſa, Accuſatorem & Reum in centum annos vadati ſunt, hac morâ, extinctâ per mortem accuſatione adimentes obſcurum & difficile iudicium. *AErod.lib.2.Decret tit.ad.l.Pompei.de Parricid.c.6.* Reſp.Quod iniudicata hæc cauſa ſcandalum parere poſsit.2 . Sētentia incerta eſſet,cum tamen iudex debeat pronuntiare,Sic,Vel,Non,In.*Ad.* exemplis Iudicibus ita pronuntiare placuit,quod ſecus pronunciari oportet. *Ad.l.13.§.fin.* Reſp.Hoc verum eſſe,quando à partibus omninò nullæ probationes allatæ ſunt,ità vt nec vno,nec altero modo de veritate conſtare poſsit;At ſecus hic.c.5 Obſt.Quod Reus abſolui debeat, & patrocinium præſtandum debiliori à potentiorum oppreſsionibus.arg. *l.38.in pr.ff.De Re iudi. l.24.in pr ff.De Re iudic.l.47 ff.De.O.& A.*Reſp. Hoc eſt contrà illud;nec pauperis miſereberis.*Deut.1.verſ.17.* Prædictæ LL procedūt,vel fauore libertatis,vel teſtamenti. &c.6 Obſtat.Sexta ſententia,qui dicunt ad Principem eſſe recurrendum, eius enim eſt rixas ſedare.*l.41.ff.De hared. inſtit.* niſi Princeps velit ſequi egregium exemplum. M.Syluij Othonis,qui cum priuatam adhuc ageret vitam à duobus de finibus arbiter electus,agrum de quo erat quæſtio ab vno eorum emit,& alteri contendentium dono dedit,atque ita inter illos litem

ſtē ſuſtulit. Reſp. Vix fieri poteſt, etiam alias, vt prudentiſsimus Princeps adhibitis conſiliarijs deprehendere poſsit, quis in poſſeſsione potior ſit, exemplū eſt Solomonis. in *c. afferte X. de præſumpt.* 7. Obſt. Septima Sententia, Iudicem debere manutenere potentiorem, ita enim fiet vt debiliori, acquieſcat, & non deueniant ad arma. Reſp. Hæc ſententia ſuperflua, quia ſatis potentior per ſe illam proferret, vnde *Cic. in offic. ex Ennio* refert. Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro, Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolida vi. Octaua igitur ſententia vera, quod Iudex debeat rem diuidere arg. *l. vlt. in pr. ff. vti poſſidetis. L. Et hoc Titius ff. De hered. inſt. §. vlt. Inſt. de vulg. & pupil. ſubſtit* Media enim via in ambiguis ſequenda. *L. Titius. vbi. Alex. ff. Ad Trebel.* In ambiguis enim quod minimum eſt ſequimur. *l. ſemper in obſcuris. ff. De R. I.* 1. Obſt. Sed Diuidere rem eſt mos ruſticor. & non bonor. iudicum. *gl. in. l. Neſennius ff. De Negot. geſt.* &. Obſt. *l. 12. §. 14. ff. De inſtruct. vel. inſt. leg.* Reſp. Imo boni iudices ita facere ſolent. Nam & Solomon cenſuit infantem rem indiuiduam diuidendam. *c. afferte. De Præſumpt.* Et hoc erat Soicorum in re dubia conſuetum iudicium, quos propterea herciſcundos Seruius vocat, quaſi rem diuidentes. *Cuiac. 10. obſeru.* 4. Exemplis Principum rectè iudicandum eſt. 1. Obſt. *L. nemo. C. De. Sent.* vbi dicitur. Non Exemplis ſed. LL. iudicandum. R. Aliud in Exemplis Principum approbatis, quæ innituntur ratione, imprimis exemplis veteris teſtamenti, quia magis ſunt diuina, imo inter eaſdē perſonas exēplis iudicare licet, maxime ſi ſint corpori iuris incorporata. Obſt. 2. Illud exemplum eſt impertinens. 1. Quia diuiſio conceditur in rebus diuiduis, hic infans indiuiduus. 2. procedit vbi probationes omnino ſunt pares, vt in interdicto vti poſsidetis, hic v. impares, quia altera mulier, quæ ſubtraxerat filium alterius, erat in poſſeſsione & alia nihil probat. 3. Ex ſola præſumptione non poteſt ferri ſententia Criminalis. 4. Nihil prodeſset hic infans diuiſus. Reſp. Dixit hæc Solomon non definitiue, quia non omnis vox iudicis continet authoritatem rei iudicatæ. *L. ex ſtipulatione. C. De ſent. & inter. iudic.* Sed tentatiuè; Licitum non eſt iudici cauſa veritatis explorandæ aliquid ſimulare ſe facturum, quod in veritate facere non intendit. vid. *c. Dominus. cum gloß. 23. quæſt. 14.* Sic iudices ad terrorem incu-

Digitized by Google

incutiendum duci faciunt reum ad Locum tormenti, Licet non habeant animum torquendi, Sed cauſa veritatis inueſtigandæ, Quia enim vna mulierum conſenſit diuiſioni, & ſic nocere, non prodeſſe voluit, malitijs eius non indulgetur. L. *in fundo*. ff. De. *Rei. Vindic.* & vna præſumitur mater ex dilectione filij, arg. *l. 8. in fin. ff. Quod. met. cauſa. c. ea vindicta. in pr. cauſ* 23. *q*. 4. Sed ſi vtraque dixiſſet nolle filium interfici, tunc illi, quæ erat in poſſeſſione, adiudicaretur, niſi alia probatio interueniſſet: Imo ſi vtraque dixiſſet. Diuidatur, ſententia Salomonis non fuiſſet tradita executioni.

Ad verba. Vel compellendo eas ad amicabilem compoſitionem) Obſt. *Nouell*. 124. *c*. 4. *& c. fin*. X. *De Reſcript*. vbi Pax eſt bonum perſuaſibile, non compulſibile. Reſp. Fallit 1. Si partes diu litigaſſent, & cauſa eſſet dubia. *c. placuit*. 9. *Diſt* 90. (2. Si timor eſſet futuri ſcandali. *l*. 13 § 4. *ff*. *De vſufr* 3. Si ſtatuto partes cõpellantur ad tranſactionem 4. Si conſtet iudici alteram partem fouere iniuſtitiam.

Ad. Lit. C *Eaq; rectè intelligitur de iuſtitia humana legali*] *Quæſt.* An *Definitio Iuſtitiæ, propoſita* in *l*. 10 *ff* De *I. & I. intelligatur de humana? Affirm.* Propter ſubiectam materiam *l*. 3 *in pr. ff.* De *Inſtr. & Inſtr. leg.* quæ enim in his libris extant, pertinent ad vitæ humanæ ſocietatem, exterioremque honeſtatem, arg. *Nouell*. 30. *c*. 9 § 1. 1 Obſt. *Nouell*. 7. *cap*. 2. *in prin.* vbi dicitur nihil ſtabile eſt inter homines, nihil perpetuum. *l*. 33. *in fin. ff.* De. *Seruit. præd. vrban* nihil æternũ. *l*. 70. *ff*. *Pro Socio.* Iuſtus ſepties cadit in die. *Prouerb*. 24. *v*. 16 Reſp Hæc vel intelligenda, quatenus homini conuenire poſſunt. *in l* 18. *fin. pr. ff.* De *Æd. lit. Edict.* non de perfecta virtute quam deſcribit Chriſtus. *Matth*. 19. *verſ* 17. *Marc*. 10. *verſ*. 18 *& ſeq.* propoſito ſolo, non actu. *arg*. § 1. *Inſt*. De *Patr. poteſt.* *l*. 11. *verſ*. *Prætor ff.* De I. & I. externa obedientia, non mentis conſtantia. *l*. 18. *ff*. De *Pœn.* vel, quod iuſtus debeat animum imbuere, vt neque pecunia frangi, nec gratia flecti valeat. *l*. 11. *in pr. ff.* De *Pœn.* quin & omnes amicitias cum *Cleone* ſoluere debet, nec ſufficit quarto quoque anno iuſtitiam exercuiſſe, vt *Elei*. *Plutarch. in vita Agidis.*

Ad. lit. D. *A. qua ius appellatur. Quæſt.* An *à Iuſtitia deriuetur ius?* *Diſting.* Ius ſumitur dupliciter. 1. Quatenus in mente hominis natum & locatum,

Digitized by Google

tum,& ſic prius iuſtitia; ſignificat enim *κοιναὶ ἔννοιαι* communes notitias hominibus ingenitas,ex quibus ſæpius exercitis, contrahitur habitus iuſtitiæ.2.Pro arte iuris, quam conſcripſit primus iuſtus ex contracto habitu,& hoc ius poſterius iuſtitia.(2.Diſting. vel ius ſumitur in abſtracto, & eſt prius iuſtitia,vel in Concreto,pro arte,& deſumit denominationem ab abſtracto, vt pactum dicitur à pactione *l.1 §. 1.ff.* De *Pact.*(3.Diſting Iuſtitia cõſideratur,vt vniuerſale à natura vel lege determinatum,vt puta depoſitum eſſe reddendum, furem eſſe puniendum;Rem eſſe vendendam quanti valet,nec pluris, nec minoris;Hæc ſunt per ſe iuſta,etſi nemo redderet depoſitum. Hæc lex naturæ in ſyllogiſmo Practico facit propoſitionem, Conſcientia aſſumit,& concludit ; Vnde naſcitur Syllogiſmus duplex, Abſoluens, quem ſequitur lætitia: & Condemnans, quem ſequitur triſtitia. 1. Obſt.Ius ſimul enaſcitur cum iuſtitia.*pr. inſt. de I. & I.* [*ibi. ius ſuum tribuendi*] Reſp.ibi ius ſumitur pro hominis merito, hic pro arte ſeu collatione præceptorum æqui & boni, vnde definit eam *Ariſtoteles.* Virtutem ſua cuique merita tribuentem *in Ethic.* Et ius,quod hominis meritum vocant,tanquam in ſole lucem,& in igne calorem,in iuſtitia ſemper fuiſſe putamus.

Theſ.2.Lit.A Et in artis) 1.Quia Ius noſtrum maximã curam habet generatim aliquid primum dicere, de ijs quæ tractanda proponuntur. *l.1.ff.* De.O.I.*l.1.ff. si cert.pet.*2.Progreditur ab vniuerſalibus ad ſingularia *§. his igitur. Inſt.* De I.& I. præceptiones vniuerſales ad caſus indiuiduos ſapienter accommodat.1.Obſt.*l.202.ff.* De R I. Reſp. Eſt ambiguitas,quia non quidem exacta tradi poteſt definitio & oratio,qua propria rei ſubſtantia per genus & differentias explicatur. Sed breuis & circumſcripta quædam iuris ſententia,quod Icti regulam,Dialectici theſin, Medici Aphoriſmum nuncupant vt titulus. De *Diuerſ. Reg. iur.vid.l.Imperator.ff.* De *in Diem.addict.* Et ſic ſimiliter dicitur in.*l.Mora.ff.* De *vſur.* Moræ definitionem eſſe difficilem.

Ordo perpetui Edicti) Olim ſimplex erat Prætoris Edictum.1.Perpetuæ iuriſdictionis 2 Prout res inciderat, ad ſingulas cauſas pro re nata accommodatum *l.7 ff* De *Iuriſd.* Hoc quoquo tempore, magiſtratu durante proponi ſolitum erat, illud aliquo magiſtratum ineunte,

Digitized by Google

eunte,hoc cauſa ob quam propoſita erat finita , & ipſum finiebatur, illud toto illo tempore, quo quis magiſtratus erat durabat, atque ita perpetuum dicitur,non quod in infinitum, & in annos omnes duraret,& maneret,ſed reſpectu illius anni,quo is à quo illud erat propoſitum,magiſtratus erat,& reſpectu illius , quod prout res inciderat, propoſitum erat , Nam & illud perpetuæ iuriſdictionis cauſa propoſitum erat, vnà Cum magiſtratu,qui propoſuerat,ceſſante,& ipſum ceſſabat,& ſucceſſor in magiſtratu pro arbitrio illud retinebat , vel aliud proponebat,ſiquidem prior poſteriori præſcribere non poterat, cum par in parem Imperium non habeat,*l.14. ff. De iuriſd.* Huic Edicta illa erant anima. Verum lege Cornelia,cum magiſtratus ſua poteſtate abuterentur,facta ſunt perpetua Edicta,quæ poſtea.D.Hadriani Imp.iuſſu.à Saluio Iuliano. Ic.in ordinem redacta & compoſita ſunt. *l 2 §.ſed quia.diuina.C. De iur. veter. enud.* Inde edicti perpetui nomen habet,ſecundum cuius ordinem Digeſta ſcilicet compoſita. *l.2 ff. De ſtat.hom.* Non tamen hæc methodus eſt Exacta , ſed prout res patitur inquit.*l.2 ff. De ſtat.hom.* Non tamen anxiè & ſcrupuloſè inquirenda. Nam ſi ius ſummum ſpectemus,nulla ratio eſt, vt ante *titulum de teſtamentis,titulo de inofficioſo teſtamento, & de teſtamentaria tutela* ponerentur. Sic *titulus ad exhibendum malè ſubſequitur, rei vindictionem,* & *titulus. De Exceptionibus* præcedit.*tit. De.O.&* A. Quid quod vna, Pandectarum, Codicis, & Inſtitutionum methodus non ſit. *Hoſeman. in Inſt. De Fideic.hered.* Ineptos eos dicit,qui ordinem in hoc animali notari poſſe ait.

Lit.B. AEqui] Dicitur.Simplicitas.LL. *§.Et hac.Inſt.De Legit.Agn.ſucceſſ.* æqua Lanx *l.14.C.De.lib.præter.* Humanitatis ratio.*l.38.in fin.ff Ex quibus communis mai.* benignitas.*l.1.ff.vt in poſſ.leg.l.18.C. De LL.* χεῖρον ... *Nou. 98.in pr.* viri boni arbitratus,religio,anguſti iuris remiſsio Huic æquo coniungitur bonum , & dicitur ἐπι , id eſt conuenientia,ἐπι enim idem eſt, quod iuxta, & εἰκεια conueniens ad ſimulatum,qui quam Legem ipſam ad æquitatis normam reuocet , eiuſdemque legis verba ex præſcripto rationis moderatur,& corrigit, ad iuſtam rerum omnium proportionem, LL. enim non verbis poſitæ,ſed in mente & radice rationis, *c. intelligam. De. V.ſ.* cui opponitur

Digitized by Google

tur ἀκριβοδίκαιον vnde Cicero laudat Sulpitium. *Philip.* 9. quod non tantum iuris,ſed & iuſtitiæ conſultus fuerit. Hanc *Apoſtol. Paul. Ad. Rom.2. cap.*proculdubio intelligit,cum ait quoſdam eſſe, qui eam legem non habeant,naturali tamé,quæ ſunt legis faciunt. Sic ſummum num ius eſſet, ſi ex lege,quæ peregrinum muros conſcendentem capite plectit,ad ſupplicium petatur peregrinus, qui in extremo ciuitatis periculo,tranſcendens murum,hoſtes fugauit & ſtrenuè depulit. *Rhodig.li.7.antiq.lect.c.21.*Non obſt. *l.1.C. De LL.*vbi dicitur inter æquitatem eiuſque interpoſitam interpretationem nobis dicit ſolus Imp. Reſp Hæc verba ad.LL.ambiguitatem referenda ſunt,quæ ſane ſi adeo ſit perplexa,vt vix intelligi poſsit, princeps ipſe conſulendus eſt, qui legem aperiat,At cum lex ſcripta apertè,nec tam ambigua, quin ad factum de quo agitur, commode poſsit induci legis ſententia,eam iudex quicunque ſequetur. *Et non ei bonum accederet*) Publicum enim bonum priuatorum commoditatibus antefertur. *l. actio. §. Labeo. ff. Pro Socio.*Verbi gratia Si ſtemmata & familiæ conſeruentur (quod publicè expedit.*l.1.§.pen.ff.De.Ventr. inſpic.*) lege municipij,filiæ,maſculis ſuperſtitibus,ſucceſsionis æqualitate excludantur. Cum enim de duobus æquis diſputamus.Aliquando Bonum ponitur pro Commodo priuato. *Matth.* 26. Væ homini,per quem filius hominis proditur.Bonum ei ſi natus non fuiſſet, *& Pauls* 1. *Cor.* 2. Bonum eſt homini mulierem non tangere,& tunc non opponitur vitio. O ſt. tamen,quod Bonum aliquãdo æquo opponitur,vt probatur audaciſsimo illo Romanorum facinore in rapiendis Sabinarum virginibus: bonum quippe fuit vrbi Romæ,vt Coniuges habentes, quibus antea carebant,liberos ſuſciperent,magniſque neceſsitudinibus Sabinas iungerent.Reſp.Diſting.Remp.Romanam cõſtitutam.LL.regi: Conſtituendam vero multis indignis factis amplificatam fuiſſe. Ad verb.In eo tamen. Q. *An ſit æquitas ſcripta?* Neg.1. Quia eſt ſcripti iuris mitigatio,& dulcore miſericordiæ temperata iuſtitia *l.14. in pr. ff. De diuerſ. & temp.præſcr.*ex cauſæ conſtitutione dependens.*L.52. §.2 ff. Ad L. Aquil.l.1.§.3 ff. ad L.Cornel.de ſicar.*& ex facti circumſtantia.*l.32. in pr. ff. De vſur.l.3.§.2 ff. De teſtib.* Obſt.1.*L.2.§.5.verſ. Quanquam.ff De Aq. pluu. arc.& l.8.C. De Iudic.*Sic in beneficio SCti.Macedoniani & Velleiani

Digitized by Google

regulam videmus ſtrictam, exceptionem æquam, vtraque tamen ſcripta eſt, Reſp. Hæc æquitas hauritur non ex verbis legis, ſed ex mente. arg. *l. 6. §. 1 ff. De V. S.* Deinde æquitas vel eſt in theſi, & ea nunquam ſcripta eſt. *L. 19. l. 24 ff. De LL. l. 1. C. De LL.* Altera, cum ius æquum dicimus, hoc eſt, rationi conſentaneum, quæ non amplius æquitas, ſed ius dicitur; Et licet in ſingulis legibus, ſua æquitas conſtet. *l. 13 §. pen. ff. De Iureiur.* tamen propriè pro æqualitate & recta ratione ſumitur, non ſcripta, & quæ à iure noſtro ſit ſecreta, aut certè nulla expreſſa lege in illud relata; ſed vti ius naturale iuris Romani pars eſt, ita & æquitas ſcripta, vel non ſcripta pertinet ad ius ἄγραφον, Et perinde eſt, ac ſi quis animã ſenſilem ac corporalem diceret, quia corpore regitur.

Q. *An æquitas rigori*) Affirm. 1. Sub nimia iuris ſubtilitate ſæpiſsimè perniciosè erratur. *l. 91 §. ſequitur ff. de V. O. Vnde. Petrus Coſtal. ad. l. 1 ff. De 1 & 2.* refert quendã Aduocatum reuerſum ab inferis teſtato prædicaſſe, *legem Aurelius. ff. De. lib. leg.* cauſam perpetuæ ſuæ damnationis attuliſſe. E. g. Lex Bononiæ eſt, quæ ſanguinẽ in palatio facientem, vita multat: Chirurgũ, qui vena ſecta ægrotũ iuuat, ſi cõprehendat, ſit iniqua; Opponitur iuri benigno, vti Barbarus politico, & litera Spiritui. Obſt. *l. 12 §. 1. ff. Qui & à quib.* Reſp. vbi lex quæſitum negotium palam definit, iudex eam ſequi debet, quantumuis dura ſit: ſolius enim Principis eſt eam mitigare *l. 1. C. De. LL.* ne clementiores LL. ſimus, verbis Edicti inſeruire tutius eſt, *l. 1. §. Sed ſi ff. De Exercit.* vbi. v. lex ſcripta palam negotium nõ definit, tunc ex diuerſarum LL. collectione argumentum ad facti controuerſi deciſionem duci poteſt, vt ſi pœna ſit in eum, qui ferro percuſſerit, lege comprehenſa, non vtique eam irrogabit ei qui clauicula hominem percuſſerit, ſpectabit enim mentem non verba legis. Diſting. 4. regulas. 1. Si ęquitas ſcripta ſit, atque rigor, tum regulariter ęquitas rigori pręfertur. *l. 8. C. De Iudic. l. 8. C. de Pact conu.* 2. Si rigor abſque ęquitate ſcriptus inuenitur, tum iudex propter opinionẽ ęquitatis à iure ſcripto recedere non debet, *l. 12. §. 1. ff. Qui & à quib. man. lib.* (3 Si nec ęquitas, nec rigor iuris extant in LL. ſcriptis, tum permittitur ius dicenti, vt de ſimilibus ad ſimilia procedat. arg *l. 12 ff. De LL.* (4. Si ea quoque deſint, nobile iudicis officium imploratur. *arg.*

l. 16.

Digitized by Google

l. 16. in pr. ff. Fam. Ercif. (2. Diſting. Aequitas rigori pręfertur, vbi interpretatio facti dubia, ſecus ſi in ſuo ſenſu clara. *l. 19. ff. De Appellat.*

Lit. D Promiſcuè artis] 1. Eſt ars, cum ex collectis quibuſdam pręceptionibus ad communem vitę vtilitatem conſtet. *l. 1. in pr. ff. De Iuſt. & Iur.* (2. Scientia, cum certam rei per cauſes cognitionem contineat. (3. Deniq; ſapientia, quia eſt diuinarum & humanarum rerum ſcientia; Mens tamen hæc legiſlatorum fuit omnes ciues ad primam naturę iuſtitiam & ęquitatem reuocare. In iure Philoſophandum paucis, omninò haud placet, Deguſtare didici ex philoſophia, non in eam ingurgitare; Leges enim 12. tab. totius Philoſophię bibliotheca ſunt.

Theſ. 3. Lit. A. Iuris illius ſiue artis.) Pręcepta iuris ità diſtinguuntur. 1. refertur ad Deum: piè namque & ſanctè cum Deo viuendum, ne quid vitij patremus. 2. Ad proximum, vt iuſtè cum eo viuamus, ne vel in minimo eum offendamus, (3. Moderatè nobiſcum, ne aliena appetamus; 2 Diſting primo cõpeſcitur libido 2. ira 3. Cupido. 3. Diſting. 1. Reuerentiam, caſtitatem & pudorem pręcipere dicitur. Secundum reſpicere proportionem Arithmeticam, ſecundum iuſtitiam cõmutatiuam. Tertium Proportionem Geometricam, ſecundum iuſtitiam diſtributiuam.

Lit. B. Adeoq; nec naturale, nec gentium) *Q. An ius publicum ciuile collectum ſit ex naturalibus pracepti, & iure gentium?* Neg. 1 *per. §. fin. Inſt. De. I & I.* arg. *l. 5. ff. De. Pact.* 2. quia publicum, quaſi populicum dictum, ad ſtatũ rei Romanæ ſpectat, §. 4. *Inſt. De. Iuſt. & Iur.* Olim ſiquidem propter Imperij Romani ius, quod ante legem Rhemmiam ad populum pertinebat. *l. 1. in pr. ff. De. Conſtit.* publica tantum dicta ſunt, quæ Populi Romani erant, *l. 15 ff. De. V. S.* & ſic ius publicum in concreto ex obiectis definitum, non ad normam æquitatis, vt iura priuatorum, ſed ad id, quod Reip. eſt opportunum præcipuè aptatur 3. Sæpe id quod in vna ciuitate ius publicum eſt, in alia ciuitate ſæpè illicitum reperitur, nam omnibus perſonis omnia applicari non poſsunt, ità nec rebus publicis, quæ ſingulæ perſonam quandam repræſentant. arg. *l. 36. in pr. ff. De man.* & inter ſe multis modis differunt, vnum idemque ius præ-

Digitized by Google

ſcribi nequit. 4. Ius illud Romanum vetus, quod ad ſacra, ſacerdotes, & magiſtratus, tempore Iuſtiniani magna ex parte, partim abrogatum erat facilè vt intelligi poſsit, ex immutabilibus principijs naturæ non fuiſſe deductum *§. pen. Inſt. De Iur. N. G. & Ciu.* (5. Illæ Ethnicæ Idolomaniæ iam à Conſtantini temporibus, recepto veri Dei cultu erant abolitæ, & iura magiſtratuum, quæ veteres ICti libris ſuis comprehenderunt, nullum ferè ætate Iuſtiniani habuerunt vſum, mutatâ iam Reip. formâ, tranſlatoque Roma in Thraciam imperio, & magiſtratuum nominibus variè commutatis; Ideò nullam de illo iure publico in Digeſtis, velut antiquato inſtituit tractationem.

Ad verb. Non tamen niſi æquiuocè verum eſt) Mutatum, & aliud illud factum rectius dixeris, non ſublatum. *Coraſ. 2. De Art. iur. c. 2.* Vetus enim diuiſio erat iuris publici.

Ius triplex; tabula quod ter ſanxêre quaterna;
Sacrum, priuatum, populi commune, quod vſquam eſt.

Theſis 4. Lit. B. Q. An ius naturale immutabile? Affirm. Semper enim idem eſt, & vbique idem, quod à naturâ proficiſcitur. *Auguſt. lib. 19. De Ciu. Dei. cap. 21.* exemplo ignis, qui apud omnes peræque populos & omni tempore calidus eſt & vrit, rerumq; benè dentium odor gratus fuit omnibus mortalibus. *Coraſ. p. 1. de art. iur. ca. 5.* confer. *l. 2. ff. De vſufr. ear. rer. quæ vſ. §. fin. Inſt. De Legit. agnat. tut. l. 8. ff. De Capit. min.* 1. Obſt. *l. 6. ff. De. I. & I.* Reſp. Ius naturale immutabile, quoad ideam; Sed mutabile, reſpiciendo indiuiduum; in theſi immotum, licet in hypotheſi, ſeu indiuiduo, hoc eſt, quoad particulares quaſdam conſtitutiones mutabile ſit; interdum enim à iure naturæ paulatim receditur, vt ad ipſum adeundi via ſit commodior, ne ſi directò ad ipſum eatur, ad ipſum non perueniatur; Prudens enim non ſemper it vno gradu, ſed vna via. 2. Obſt Libertas eſt iuris naturalis. *§. 1. inſt. De iur. perſ.* Sed libertas tollitur per ſeruitutem *§. 2. inſt. Eod.* Reſp. *Couarr. in c. peccatum. p. 3. §. 1. n. 9.* Diſting. inter ius naturæ poſitiuum, quod aliquid poſitiuè præcipiat, vel prohibeat, vel negatiuum, quod nihil de aliqua re ſtatuerit vel prohibendo, vel præcipiendo, & ait libertatem non eſſe iuris naturalis poſitiui, cum eam nec præceperit, nec ſeruitutem induci prohibuerit, ſed negatiui, quod non eſt immutabile.

Ad

Ad verb. Quaſi commune cum brutis] Q. *An ius naturale commune cum brutis?* Affirm. Quia in illis apparet talis inſtinctus, qui cum hominis agendi facultate conuenit, ſeu cauſa: Non conſideratur autem hic ius naturale, vt ſpecies iuris, quod eſt ars æqui & boni, quia nullæ inclinationes ſunt ius, hoc enim in intellectiua, illæ verò in appetitiua potentia animæ ſunt, ſed vt cauſa originis eiuſdem, ex qua, cuiuſve reſpectu, poſteà illa ars introducta eſt. *§. fin. inſt. De. iuſt. & iur.* Sic Elephantes, teſte *Plinio*. religione ſyderum pollent: In apibus plerique rempublicam regio more gubernatam mirati ſunt, *Virg. li.* 4. *Georg.* in iiſdem prudentiam & induſtriam. *Prouerb.* 13. *c. nunquam.* 33. *De Conſecr. Diſtinct.* 5. Imò Corui Dei opem implorant, in cunis quodammodo à matre deſtituti atque implumes, & ipſe Deus dat alimoniam ipſis pullis coruorum inuocantibus eum. *Pſalm.* 146. Eſt tamen hæc communio, quoad beſtias tropica; genus enim anonymum ſpeciebus inæqualiter conuenit. 5. Obſt. Edere, bibere, dormire, non ſunt iuris naturalis, cum tamen natura hæc doceat omnia animalia. Reſp. hæc procedunt ex mero appetitu, qui ex natura aſcendens in ipſam naturam operatur, plus ex iuſſu naturali ſeu appetitu ſenſuali, qui agit non per ſe, ſed motus vi aliqua extrinſeca; Quæ autem homines iure faciunt, eadem ſi bruta animalia quoque faciunt, iure naturali homines feciſſe dicuntur; vir namque & naturaliter, & iure ſe ad vxorem applicat, edit verò & bibit naturaliter tantum. *Gom. lib.* 1. *var. c.* 19.

Ad verba. Hinc defenſio] Q. *An Defenſio iuris naturalis? Affirm. Cic.* ait enim hanc non ſcriptam, ſed natam legem, vt vim vi repellamus, hæc communis cum beſtiis, *l.* 1. *§* 23. *ff. De vi & vi arm.* formicæ enim ſua bilis ineſt, habet & muſca ſplenem, licet propulſatio iniuriæ ſit iuris gentium: Nec quoque alio fine Leonibus robur, apibus aculei, tauris ſpontè naſcentia cornua data ſunt, quam vt laceſsiti in ſui protectionem iis vtantur. *l.* 45. *§* 4. *ff. Ad. L. Aquil.*

Ad verba. Et ita commiſſum) 1. Quia ab ea Charitate, qua diligimus nos ipſos, auſpicandum eſt, arg. *l* 6. *C. De ſeruit. & Aqua.* Quare cum non liceat alios offendere, Ergo nec nos. arg. *l.* 2. *&* 3. *C. Ad. l. Cornel. de ſicar.* qui ergò ſibi mortem non defendendo conſciſcit, pugnat cum Deo, qui author naturæ eſt, 2. Percutiens furem pro defenſione rerum,

non

Digitized by Google

non erit reus mortis. *Exod.* 22. Ergò multò minus pro defenſione ſui corporis. *Exod.* 19 *n.* 13. Imò Apoſtoli Chriſtum ſectantes arma geſtarunt.

Lit. D. *Vnde ius gentium. Quæſt. An ius gentium duplex? Affirm.* 1. Quia vnius rei diuerſæ definitiones exiſtere non poſſunt, vt ſunt huius iuris. in. §. 2. & §. 5. *inſt. De I. N. G. & ciu.* 2. Primæuum appellatur antiquius. *l.* 1. *ff. De Acquir. rer. dom.* 3. Ex ſerie & exemplis. *l.* 2. 3. 4. 5. 6. *ff. De iuſt. & iur.* apparet. 4. per. §. 11. *Inſt. De Rer diuiſ.* & *l.* 1. *ff. Locati.* Obſt. in *l.* 1. *ff. De I. & I.* vnius iuris gentium fit mentio. Reſp. Iura iuribus ſunt concordanda. Obſt. Sed hoc ius ratione nititur, quæ non niſi vna eſt. R. Res tamen teſtatur, prius fuiſſe rationem, quam ratiocinationem, ſeu rationem ſimplicem, quam compoſitam; illa dictitauit ius gentium primarium, hęc ſecundarium ex primo de plurium collatione, ac pro neceſſitate, vſuq; vitę humanę; Primæuum igitur, quod non ex vnius gentis vſu ęſtimatur, neque ex non vſu gentium aliquarum barbararum, ſed ex vſu nationum, quę florent, hominibus non planè humanitate exutis.

Theſ. 5. *Lit.* A. *Ad verba. Qua tandem in quartam*) Quęſt. An Imperium Romano-Germanicum ſit Monarchicum? Affirm. Vti vna anima in corpore Phyſico imperans, & vnitas non poteſt pluribus cōmunicari. Argumenta *Bodini* ſunt. *in lib.* 2 *De Repub. c.* 6. & *method. hiſtor. c.* 6. 1. Hiſpaniarum regnum, & Moſcouiæ Ducatus tum populorum multitudine, tum regionum amplitudine longè lateque ſuperant pomęria Imperij Romano Germanici: Idem de imperio Turcico, Tartarico, & Aethiopico iudicium. Reſp. Status quantitatis eſt vel amplitudinis, vel maieſtatis, Illa dicitur quantitas phyſica, hęc politica: de hac, non de illa quęritur: Deinde iniqua eſt comparatio imperij Turcici, & Tartarici (vtrumque enim violentum eſt) cum Imperio Romano. 2. Obſt. Elector *Moguntinus* apud *Sleidanum* in electione *Caroli.* 5. Fatetur Romanum Imperium eſſe Ariſtocraticum. Reſp. Non loquitur de ſtatu, ſed de adminiſtratione. 3. Obſt. Imperiū Romanum eſt tributarium Turcę, pro fruenda Hungarię parte. R. [illegible] Id, quod propter fœdus cum hoſte percuſſum numeratur, non eſt tributum, ſed penſio. *Bod. lib.* 1. *De Rep. cap.* 9. *pag.* 224. Imò hoc tributum penditur nomine

regni

regni externi, ac proinde maieſtatem imperij non minuit. 4. Obſt. Imperator Germanorum tenetur LL. Principum; quia prius, quam ſacris auſpicijs inauguretur, oportet, vt juramentum præſtet, ſe LL. Imperij minimè violaturum, Et poteſt decernere abſque conſenſu optimatum, nec LL. rogare, nec abrogare, nec vectigalia & tributa imperare, &c. Reſp. In omni Monarchia debet eſſe huiuſmodi obligatio, vt in regno Galliæ, & Hiſpaniæ videre eſt, & Harmonia adminiſtrationis mixtæ, non tollit ſimplicitatem ſtatus. Sicut enim Paterfamilias, quatenus toti familiæ imperat, regiam ſuſtinet dignitatem, quatenus cum vxore de familia conſultat, eatenus conuenit cum Ariſtocratiâ, vid. *L. 8. C. De LL.* In Ariſtocratia, omnes iiſdem tenentur *LL.* & abſoluta parique poteſtate imperant; idem nō eſt in Imperatore. Confer. *Syntagm. iuris publici theſ.* 11.

Lit. B. Quod ius à cōſuetudine. Q. An Scriptura ſit de ſubſtantia conſtitutionis? Neg. regulariter, 1. quia poteſt illa probari per teſtes. *c. 1. de Ren. in 6. arg. L. 1. ff. De conſtit.* Lex enim omne eſt, quod ratione cōſiſtit. *c. cōſuetudo. Diſt. 1.* 1. Obſt. Per curſum temporis longi veritas obumbratur. *c. longinquitate. cauſ. 12. quæſt. 2. L. 44. in pr. ff. de Acquir poſſ. L. 28. ff. de Probat.* Ideò perpetuò ſeruanda ſunt redigenda in ſcripturam. *c. Abbate. De re iudic. in 6.* Et qui debent conſtitutioni conſentire, debent ſubſcribere vel ſubſcribi *c. 1. Diſt. 86.* Reſp. Scriptura non requiritur ad eſſentiam *LL.* ſed neceſſaria ad ſcientiam inducendam, quia ſcientiam, non ignorantiam volumus obligari. *L. 3. C. De Tab.*

Ad verb. Publicatio. Legis autem neceſſaria. 1. Quia eſt jus particulare, quod non omnibus innoteſcit, vt jus naturale & gentium. 2. Ignorantes noua conſtitutio non ſtringit, niſi poſt duos menſes à tempore promulgationis factæ. Diſtingue tamen, aut ignorantia eſt ſine omni culpa, & tunc ignorans LL. euitat omnem pœnam. *c. 2 X. De conſtit.* Aut non excludit, ſed communiter homines loci ſciebant ſtatutum. *Arg. l. 223. in pr. ff. de v. S.* Et dic, ſi lex requirit dolum expreſsè vel tacitè, non habet locum in eo, qui fuit in lata culpa tantum, licet pro modo culpæ aliter ſit puniendus *c. ſi quis ſuadente. cauſ. 17. quæſt. 3.* quando ignorans fuit in leui, vel leuiſsima culpa, non puni-

Digitized by Google

tur criminaliter, ſed ciuiliter. *Panorm. cap. 2. De conſtit. n. 6.*

Ad verb. vt autem deinceps. Q. *An lex, vt liget ſubditos, debeat vſu eſſe recepta?* Affir. Exemplũ refert *Geil. 2. Obſ.* 110 *n* 24. Reprobata eſt immoderata bibendi conſuetudo lege publica Imperii in Comitiis Auguſtanis. Anno 1500, Vom zutrincken; ſed hæc lex noua vſu non recepta viribus caret, & deſuetudine tollitur arg. *l.* 32. *ff. de* LL. *vid. Arum. in diſcurſ. ad Aur Bull. c.* 12. *in fin. th. ſ.* 23.

Ad verba. Id certum eſt. Q. *An* LL. *futuris negotiis tantum formam praſcribant?* Affirm. per *Nov.* 66. *in pr & c. fin. X. De conſtit.* ne aliqui puniantur ſine cauſa, qui actum ante legis editionem gesſerunt. *l.* 7. *C. de* LL. Fallit, niſi dicatur in cõſtitutione ipſa, quod reſpiciat præterita, *Gloſſ. arg. c. fin. X. de conſtit.* per text *in tit.* 55 *lib* 2. *Feud.* vel conſtitutio partim eſt juris veteris declaratoria, partim juris noui editoria. *Panorm. in c.* 13 *fin. X. de conſtit.* qui latius diſtinguit ibid.

Lit. H. Q. *An Princeps alicui jus ſuũ ex plenitudine poteſtatis ſine cauſa auferre poſſit?* Neg. 1. Obſt. 1. *Sam* 10. *v.* 25. vbi talia jura Regis deſcribuntur, R. Non quaſi Deus approbet hanc regiam vſurpationẽ prauam, ſed vt regum iniquitas, populo regem efflagitanti patefieret, alias Deus facinus Achabi tantoperè non fuiſſet abominatus. 1. *Reg. c.* 21 *n.* 19. *& c.* 22. §. 18. *&* 4. *Reg. c.* 9. *verſ.* 25 *&* 26. 2. Obſt. *Prouerb.* 25. *c.* 27. Scrutator Maieſtatis opprimetur à gloria. Reſp. Non de humana, ſed de diuina maieſtate illud intelligendum. 3. Obſt. *l.* 9 *ff. Ad l. Rhod. de iact. l.* 4. *C de quadr. præſcript.* vbi Imperator dicitur Dominus mundi. Reſp. 1. Ratione adminiſtrationis nõ domini j; ratione juriſdictionis & protectionis, non proprietatis, vel mundus accipitur non de vniuerſali orbe, ſed de ea parte cui princeps præeſt. *Cuiac.* 15. *obſ.* 30. *in fin.* vel reſpectu generis generaliſsimi, non infimi. *Vacon. à Vacun declarat.* 48. *n.* 12. Alii putant hæc verba non aſſertiuè, ſed enunciatiuè, vel per hyperbolen à blandiente prolata eſſe, arg. *l.* 4. *C de comm. & mercat.* vel per Synedochen totius pro parte. 3. Obſt. *l.* 15 §. 2. *ff. de Rei vendic. &* 11. *ff de Euict.* Reſp. *Pruckman in §. ſoluta poteſtas. c.* 3. *ff.* 5. *n.* 31. vt jura juribus concordentur, nihil vetat, quin ob rebellionem, ſeu ab Imperii Romani jugo defectionem, agrum militibus aſsignatum fuiſſe dicamus; Etenim ex hiſtoriarum monumentis conſpicuum, Impp.

ſubditis

ſubditis refractariis deuictis agros adimere, militibuſque, qui bonam illis operam nauarant, addicere ſolitos fuiſſe. Sic agrum Mantuanum militibus, quod Mantuani deſciuiſſent, Auguſtum diſtribuiſſe conqueritur. *Virgil. Eclog.*1. quia fuerunt rei criminis læſæ maieſtatis. *l.1 ff. Ad.l.Iul.Maieſt.* 4. Obſt. *l 2 §.16 ff. Ne quid in loc.publ.* Reſp.1. Ibi non deciditur, an jure, vel iniuria id fiat, *Pinell. in rubr. p.1.c. 2.n. 8. cap. de reſcind. vendit.*2. Is quoque cum incommodo alterius in loco publico ædificat, qui tigna perpolit in platea, & ſic in loco publico ad ædificium paulò poſt extruendum, incommodatur enim fabrorũ lignariorum ſtrepitu, vicino, iſque ſigna per polientem iure prohibere poſſet. arg. *l. 13.in fin.ff.de iniur.Cuiac.lib.14.obſ.*1.

Ad verb. Quatenus contractus Principis. Q. *An Contractus Principis ſit lex.* Neg.1. quia non quæuis interlocutio Principis lex eſt, niſi Princeps animo ſanciẽdæ legis interlocutus ſit. *l. 2.l.3.C.de* LL. *l.1 ff.de conſtit. Princip.* 2. Non omnis vox Principis eſt ſententia. *l.7.C.de ſentent. & interloc.* Nec actus agentium operantur vltra eius intentionem arg. *l.9 in pr ff.de Reb.cred.* 1. Obſt. *l.26.C de Don.inter vir.& vxor.* Vbi Contractus celebratus inter Imperatorem & eius Auguſtam habet vim legis. arg *l.7.C.de bon.quæ lib. L. fin. in fin. C. de Quadr. præſcr.* R. *Vaſq.illuſtr.controuerſ.3.n.5.& 6* vti omnes contractus inter ipſos contrahentes vim legis habere dicuntur. arg. *l.23 ff.de Reg.iur. l.1.§.6 ff. de poſiti.* Idem reſpondetur ad. *l.15.ff de Publican.& vectigal.*

Theſ. 6. Q. 1. An Princeps ſit ſolutus LL. *Diſquiritur.*

Non eſt ſolutus LL naturæ aut gentium, *Deut.* 17. *verſ.* 18. *&* 19. nec poſitiuis, *l 4.C.de* LL.1. Obſt. *l.31.ff.de* LL. *l. 23.ff.de legat.3.§ fin. Inſt. Quib.mod.teſtam.infirm. Nouell.*105.*in fin.c.* 2. Reſp. 1. *Niell. diſp.* 2. *theſ.3. lit.B* Lege Regia Princeps omnibus LL merè poſitiuis ſolutus fuit. *l. 3.verſ.lex Imperij. C. de teſtam.* cui exemptioni apertè renunciauerunt. *l.4.C.de* LL. *l.8 §.2.ff.de in offic.teſtam. l.4.c.Ad.l.falcid. l.7.C. Qui teſtam.fac.poſſ l.20.in fin.C.de teſtam.* Legibus tamen caducariis nõ tenetur. *l.56 ff de legat.*2. ſunt enim in fauorem Principis introductæ, ideoque in odium eius retorqueri non debent. *l. 6. C. de* LL. nec ſolennitatibus LL. arg. *l.19.in pr.C.de* LL. *l.14 § 1.ff. de Manumiſſ. l.26. C.de donat.int.vir.& vxor. l.34.in fin.pr.C.de donat. l.57 ff.de Rit.nupt.in*

fin. l.3.§.5.ff.de ſepulchr.viol. coraſ. lib. 2. miſcell. c. 25.n.8. (2. Sententia, Princeps LL. pœnarijs ſolutus, quod refutant hiſtoriæ in Nerone, Vitellio, Caligula, Heliogabalo, aliiſq; *Valer. Maxim.lib.6.c.3.* (3. Sententia, Princeps ſolutus eſt *LL*. diſtributiuæ, non commutatiuæ iuſtitiæ. (4. Sententia: videtur ſolutus, non eſt. *Anton. Fab.ad.d.l.31.ff. de LL.* (5. Sententia; ſolutus quoad vim coercitiuam, non directiuam. 6. Sententia, Princeps eatenus LL. ſolutus eſt, vt leges priorũ Principum, ſi ità publicè ſalubre fuerit, abolere, nouaſque iiſdem contrarias, publicæ ſaluti conſulendo, promulgare poſsit: ſed quamdiu leges abolitæ non ſunt, pari cum ſubditis vinculo ligatur Princeps *Nou. 98.c.18.l.31.ff.Qui teſt.fac.poſſ.l.pen ff.de her.inſt.l.15.ff.de cõd.inſt.*

Ad. verba. Enata ſunt quoque ex his. Quæſt. *An hodie Imperator Romanus gaudeat plenitudine poteſtatis?* Affirm. *Gothofred. Antoni.in d.ſp I. Antivultei.theſ.23.* 1. Quæ iure Romano Impp. ſunt conceſſa, nec poſteà tacitè, vel expreſsè adempta, illis etiamnum gaudent, arg. *l. 32. in fin. C.de Appellat.l.27.C.de teſtam.* Iure autem Romano Impp. ſoluta poteſtas tributa eſt. *l.31.ff.de LL.l.23.ff de legat.3. Nouell.105 cap.2. in fin.* 2. Cui cõpetit Maieſtas, ei ſimul competit ſoluta legum poteſtas. *Vultei.1.Iurupr. Rom.12.verſ.lege ſoluta.* Impp. autem noſtris competit maieſtas, vt teſtantur conſtitutiones, & ordinatio cameræ. 3. Qui fruitur plenitudine poteſtatis, is ſolutam legibus poteſtatem habet, hæc ſiquidem per illam notari ſolet. arg. *cap. 4. & ibi Dd. X. de conceſſ prab.* Impp. autem noſtri fruuntur plenitudine poteſtatis *Aur.Bull. Carol.4. in præfat.circ.fin tit. 2. in pr. tit. 8. tit. 13. in fin. & tit.16.* 1. Obſt. quod objicit *Vultei.* Qui iudicem habet coràm quo conueniri poſsit, & reſpondere teneatur, is *LL.* ſolutus non eſt, Imp. noſter Iudicem habet, coràm quo conueniri poſsit, ſc. Comitem Palatinum. *Aur.Bull.Carol.4. tit.5 in fin.* Reſp. *Gothofr. Anton.d.diſp theſ.35.* Propoſitio abſolutè vera non eſt; Olim enim in puriore Monarchia Principes non habebãt Iudicem, niſi quem ſpontè eligerent: non ideò, quod *LL.* ſoluti eſſent, ſed quod ſuprema iuriſdictione, quæ parem, aut ſuperiorem non patitur, fruerentur. *l.3.in fin. & l. 4. ff. de Recept. qui arb.* Quod igitur hodiè ex publica & fundamentali Imperii lege Imp. certum iudicẽ habet, eò quidem ipſius ſuprema iuriſdictio nonnihil temperatur,

ſed tamen ſoluta poteſtas non adimitur. 2. Obſt. Princeps non poteſt abrogare, derogare, ſubrogare, vel abrogare. *LL.* Ergò non eſt ſolutus *LL.* Reſp. *Vultei. ad.* §. 6. *inſt. de I. N. G. & Ciu.* Negand. ſequel. Quia & Auguſta LL. ſoluta eſt, quæ tamen hoc non poteſt, Idem in Imperatore. arg § *fin. Inſt. Quib. mod. teſtam. infirm.* idque ex ſpontanea conuentione. *l.* 4. *C. de.* LL.

Lit. D. Q. An & quatenus Lex politica obliget in conſcientia? Diſt. 1. ex *Vaſq. 1. illuſtr. controu.* -o. *n.* 11. *& ſeqq.* Tranſgreſsio legis politicæ, ſi fiat ex contemptu ſuperioris, obligat ad pœnam mortalem, idque ob grauitatem materiæ: Si autem fiat ob ignauiam fortè, aut ob aliam cupiditatem non illicitam, quale eſt, vt quis lucrum faciat ex licita negotiatione, talis tranſgreſsio non obligat in conſcientia. 2. Diſt. Aut loquimur de lege diuina, aut naturali, & harum tranſgreſſor ſemper tenetur ad culpam mortalem; Aut loquimur de *LL.* merè poſitiuis, & quia definitum eſſe non poteſt, quæ & qualia ſint futura illarum præcepta, ideò ad pœnam mortalem non obligant. 3. Diſt. Directè ius diuinum obligat in conſcientia, indirectè lex politica, quia Magiſtratus eſt ordinatio Dei.

Theſis 7. lit. A. aduerb. de quibus quaſitum eſt. &c. Quaſt. X.

An Dd. Bullati per ſaltum, vt loquuntur, vel Principum diplomate doctorati & à comitibus Palatinis creati iiſdem gaudeant priuilegiis quibus illi, qui in Academiarum brabeuteriis publicè deſignantur.

Affirm. Treutl. inprimis ſi à peritis in arte examinatus & idoneus repertus ſit; rationes ſunt. 1. Quia Academia priuilegiata hanc facultatem renunciandi Dd. à Cæſarea Maieſtate habet. Sed eadem authoritate Comites Palatini ius creandi Dd. habent, Ergo Bullati Dd. iiſdem priuilegiis gaudere debent. 2 per *l.* 2. §. 47. *verſ. & vt obiter. ff. de orig. iur.* vbi dicitur, quod ante tempora Auguſti publicè reſpondēdi ius non à principibus datum fuerit: Sed quod ij qui fiduciam ſtudiorum habuerint conſulentibus reſponderint. Ergo eruditio in Bullatis Dd æquiparat eos aliis. 3 *per* §. 8. *inſt. de iur. N. G & C.* vbi dicitur, quòd omnes, quibus à Cæſare ius reſpondendi datum eſt ICti appellentur: ſed Bullatis ius reſpondendi à Cæſare datum eſt, Ergo.

Diſſ. Guido Papa. cit. loco.

Digitized by Google

Obſt. 1. *l. 51. §. 1 ff. d legat. 2. & l. 76 ff. de condit & demonſt.* vbi dicitur quod appellatione parentum non ſemper veniant adoptiui. Ergo appellatione Dd. non veniunt Bullati. Obſt. 2. Solius Imperatoris eſt creare. *per § 8. inſt. d. iur. N. G. & C.* Ergo doctor doctorem non poteſt creare Obſt. 3. *l. 7. C. de Profeſſoribus & Medicis.* Vbi duo tantum modi probantur creandi Dd. ſc. iudicium ordinis & principis authoritas. Ergo tertius hic modus qui fit per comitem palatinũ abſque iudicio ordinis ferri non debet.

Solutio Contrariorum.

Reſp. ad. 1. negando ſequelam quia vt alius pater eſt naturalis alius fictitius: ita alij Dd. ſunt naturales alii adoptiui: quinimo Bullati non minus ac alii authoritate imperatoria creati ſint.

Reſp. ad. 2. Comes Palatinus non propria authoritate Dd. creat magis quam Cancellarij Academiæ.

Reſp. ad. 3. Comitem Palatinum creare Bullatos Dd. per iudicium ordinis, vnde ſolet ex vicinia aduocare tot Dd. qui numerum ſolennem adimpleant.

Lit. D. Ad verb. quibus hodie ſupremarum &c.

An ſententiæ Cameræ imperialis, & in Gallia Parlamenotrum arreſta æquiparari poſſint reſponſis prudentum?

Affirm. Treutl. ratio eſt. quia eiuſmodi ſententijs inferiora iudicia hodie perinde moueri poſſunt, ac olim iudices reſponſis prudentum.

Obſt. 1. *l. 13. C. de ſententiis, & interlocutionibus.* Vbi dicitur, quod iudices ſententiis ſupremorum iudicum moueri non debeant, Ergo ſententia Cameræ imperialis non poſſunt æquiparari reſponſis prudentum cum ab his iudici recedere olim non erat licitum *p. §. 8. inſt. de iur. N. G. & C.*

Obſt. 2. *l. 14. C. d. iudiciis.* vbi dicitur, quod iudices debeant iurare, quod ſecundum leges iudicare velint. Ergo ad ſententias Cameræ imperialis iudex inferior adſtrictus non eſt.

Obſt. 3. Aliud eſt Ictus, aliud iudex, ergo aliud quoque ſunt reſpõſa prudentum, aliud ſententiæ ſupremarum Curiarum.

Solutio Contrariorum.

Reſp, *Treutl.* hanc collationem non procedere omnino, ſed differentiam

Digitized by Google

rentiam poſſe ſtatui in caſibus obiectis, vnde non infringitur, quod in hoc tertio comparatio inſtitui poſsit, vt iudices ſententiis ſupremarum curiarũ ſpecialibus & LL. conſentaneis perinde moueri poſſint, ac olim iudices reſponſis prudentum.

Theſis 8. lit. B. Ad verb. & communibus ſententiis &c. Quæſt. 1.

An communis opinio Doctorum in iudicando & conſulendo ſit attendenda.

Affirmat *Treutl.* rat. ſunt. 1. Quia à pluribus veritas perfecta haberi poteſt, quod nõ eſt in paucis. *per l. fin. verſ. lex etenim C. de fidei cõmiſſis.* Et quia integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententia comprobatur. *c. extra. diſtinct.* 64. Et quia facilius inuenitur quod à pluribus quæritur.

Inſto prædicta locum habent, vbi veritas aliter haberi non poteſt niſi per teſtes, ſecus vero in caſu noſtro, in quo rationibus poteſt reperiri veritas.

Reſp. dupliciter, primo rationibus veritas plerumq; obfuſcatur. 2. Nec communis opinio attenditur, cum rationibus vincitur.

Ratio 2. Vbi de aliquo dubitari contingit, & adſunt opiniones hinc inde, ea ſententia eſt attendenda, quæ à maiori parte approbata eſt *p. c. 6. diſtinct.* 19.

Inſto. Sed hic textus procedit in ſententia eorum, quorum dictis omnino ſtandum eſt, vt ſunt dicta ſanctorum roborata authoritate veteris vel noui teſtamenti, ſecus vero in opinione Dd. quorum authoritas probabilis eſt, non neceſſaria.

Reſp. Vbi habemus iura clara non debemus indignari adhærere opinioni ICtorum *p. l. 17. ff. de iure patron.* nec quis ſibi tantum tribuere debet, vt ſolus credat melius ſentire, quam plures ſimul Dd. celeberrimi, qui ſunt ſplendor & lucerna totius iuris, & quaſi radii ſolis, quibus multa iuris obſcura loca illuminantur.

Ratio 3. *p. l. 4. in pr. ff de his qui notantur infamia.* Vbi IC. ſequitur opinionem Sabini & Caſsij tanquã generaliter ab omnibus approbatam. 4 *p. l. 12. §. 27 ff. d. inſtructo. vel inſtrumento legato*, ibi ſententia à pluribus approbata quotidie increſcere & conualeſcere dicitur. 5. *p. l. 30. §. 3. ff. d. adquirenda vel omittenda hæreditate.* Vbi multorum opinio dicitur præualere opinioni vnius. 6. Quemadmodum conſuetudo,

Digitized by Google

do, quæ in ducitur ſola iudicis authoritate,& populi conſenſu, inuiolabiter ſeruanda *p.l 35. in pr. ff. d. V.* Ita multo magis communis opinio attendi debet, quæ non ab vno, ſed à pluribus non à populo rudi, ſed à viris ſapientiſsimis conſtituitur. 7. Facit vulgatum illud, Iudicium populi nunquam contempſeris vnus, nam abſurdum, quod potius ſtandum ſit phantaſijs vnius, quam vigilijs tot excellentiſsimorum virorum. 8. *l. 13. §. 2. v. ſed etſi. ff. d. excuſat. tutor* Vbi legislator contra expreſſa verba legis ſequitur ſententiam Dd. 9. Si communis opinio nō attenderetur, nulla vnquam lis ad finem perduceretur. Sed hoc eſt fugiendum. Ergo & illud.

Diſſentit. Zaſius. in l. 2. §. poſt hunc verbo innouare. ff. d. orig. iur.

Argumenta eius ſunt.

Obſt. 1. Quod legum ſcita, legaliſque ſapientiæ puritatem nos omnino ſequi debeamus, at communes opiniones legum puritatem non inſectantur; ſed potius in ambiguum detrudunt, cum ſæpe in eadem quæſtione hinc inde adſint atteſtationes de communi, non pro veritate, ſed pro quæſtu.

Obſt. 2. *l. 1. § 6. C. d. veteri iure enucl.* Vbi dicitur quod non ex multitudine authorum; Sed quod melius & æquius ſit iudicare debeamus. Ergo communis opinio non eſt attendenda.

Obſt. 3. Quod veritas ſemper ſit vna & eadem, & quod ſemel verum eſt, ſemper ſit verum; ſed cõmunis opinio nõ eſt ſemper eadem, nam in vno modo affirmatiua, modo negatiua eſt communis.

Obſt. 4. Communes opiniones plerumque conſtituuntur authoritate Dd. interpretantium & gloſſantium, ſed commentarij, ſeu interpretationes ad ius ciuile prohibitæ ſunt, in *l. 2. §. 21. C. de veteri iure enucl.* Ergo &c.

Obſt. 5. Opinionum diuerſitas penitus eſt repellenda. *l. 1. §. 12. C. de vet. iur. enucl.* ſed in communi opinione ſæpe ineſt diuerſitas opinionis.

Obſt. 6. *l. 5. §. 2. ff. de impenſis in res dotales factis.* Vbi IC. recipit opinionem Marcelli, licet plerique contrarium tenerent. Ergo communis opinio non attenditur.

Obſt. 7. *l. 94. in pr. ff. ad l. Falcid.* Vbi opinio ſolius Caſsij præfertur

Digitized by Google

tur ſententiæ Atticilini, Neruæ, & Sabini, & ſic communi opinioni. Obſt. 8. Quia multitudo arguit imperfectionem, & imperitorum infinitus eſt numerus: *per c. multi. diſt.* 40. Obſt. 9 Si legislatores voluiſſent ſeruari communem opinionem, vtique eam ſtatuiſſent, ſed non fecerunt. Ergo noluerunt. *per l. vn. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend.*

Solutio Contrariorum.

Reſp. ad 1. Opiniones pro quæſtu firmari in dubio non præſumitur: Sed quia veritas oculis cerni nequit, non eſt abſurdum in eadem quæſtione communes eſſe hinc inde opiniones, cum quot capita tot ſint ſententiæ. Reſp. ad 2. dupliciter. 1. deciſionem illius textus non habere locum in caſu noſtro, nam ea verba proferuntur de ijs, qui debebant compilare ius ciuile, & poteſtatem habebant addendi & minuendi, non ſecundum id, quod ſcriptum reperiebant, ſed quod magis humano generi prodeſſe ſentirent. vt patet, *in l. 2. §. tanta autem. C. de vetri iure enucl.* 2. textus ait, quod vnius opinio ſit ſeruanda, quando vnius eſt melior & æquior, non autem hinc infertur multorum opinionem eſſe contemnendam. Reſp. ad 3. dupliciter. 1. Quod veritas ſemper quidem ſit eadem, ſecundum naturam, ſecus de iure, nam ius indies mutatur. *per l. 2. § ſed quia diuinæ, C. de veteri iure enucl.* 2. Veritas quidem ſemper eſt eadem quando ſumus in veritate certa, ſecus in præſumpta, vt hic. Reſp. ad 4. deciſionem iſtorum iurium ſublatam, per poteſtatem & licentiam interpretandi, quæ conceditur doctoribus in doctoratu. Reſp. ad 5. Communem opinionem non parere obſcuritatem in iure, ſed contrarietates remouere, ſi in dubio ei accedamus, quæ vera præſumitur. Reſp. ad 6. dupliciter. 1. Quod opinio Marcelli fuerit æquior, quo caſu communi præfertur. 2. particula plerique verificatur in duobus, ſed duo non faciunt communem opinionem. Reſp. ad 7. dupliciter. 1. Quod tria illa nomina poſsint eſſe vnius IC. cuius ſit nomen, cognomen & nomen regionis, idque ideò, quia hæc tria nomina abſq; copula ſunt appoſita. 2. non eſt mirum Caſsij ſententiam preferri hic communi, quia pro ea interuenit reſcriptum principis. Reſp. ad 8. Communis opinio conſtituitur non multitudine imperitorum, ſed ICtorum.

Reſp. 9. dupliciter. 1. Negando Min. vt patet ex rationibus ſupra allatis. 2. Licet in iure communes opiniones nō ſint ſtatutæ & expreſſæ: tamen in neceſſariam conſequentiam, nam quod communiter approbatur, veroſimilius eſt, quam quod à paucis tenetur. *per l. fin. C. de fideicommiſſis.*

Lit. C. *Ad verb. An vero Doctori &c. Quæſt.* 2.

An Doctori atteſtanti de communi opinione iudex credere debeat?

Affirm. *Treutl.* Ita tamen, vt hoc fiat præſumptiuè ſc. donec aduerſarius probet contrarium. rat. ſunt. 1. Quia, quemadmodum creditur Doctori teſtanti de conſuetudine, ita debet credi Doctori atteſtanti de communi opinione, de qua ipſe cognitionem habet. 2. Cōmunem opinionem eſſe, vel non eſſe, eſt quæſtio facti, cuius cognitio conſiſtit in iure: non enim alius, quam iuris peritus cognoſcere poteſt. Sed Doctor præſumitur poſſe, & velle cognoſcere ea, quæ ſunt iuris, cum bonus vir cenſeatur. 3. Si diceremus, quod non credatur Doctori atteſtanti de communi, ſequeretur vel impoſsibile, vel valde difficile eſſe cognoſcere in caſibus occurrentibus communis opinionis, ſed hoc eſt quam abſurdiſsimum, Ergo & illud. Mai. prob. quia communis opinio in caſu particulari, vel cognoſcitur per numerationem & ponderationem ſingulorum: vel per teſtes: Sed non per ponderationem ſingulorum, quia hoc difficile eſt, propter innumeros ſcriptores. Ergo per teſtes qui nec probatiores inueniri poſſunt, quam Dd. Ergo Doctori atteſtanti de communi opinione credendum.

Diſſ. Cagnol. cit. loco.

Obſt. 1. Quod quemadmodum non creditur Doctori de conſuetudine atteſtanti, ita nec de communi opinione. Reſp. Committi hic elenchum petitionis principij; quia communis opinio in contrarium, qua probatur Doctori de conſuetudine atteſtanti credendum eſſe.

Lit. D. *Ad verb. ſententia tamen contra &c. Quæſt.* 3.

An ſententia contra communem opinionem lata ipſo iure nulla ſit.

Negat *Treutl.* Quia etſi ini qua ſit, & per conſequens retractanda, non tamen ipſe iure nulla eſt, rationes ſunt. 1. Quia illa ſententia nulla di-

la dicitur, quæ ſpecialiter contra leges, vel ſenatuſconſulta, vel principum conſtitutiones profertur. *per l. ſi expreßim ff. de appellat.* Sed ſententia lata contra communem opinionem non eſt huiuſmodi. Ergo &c. 2. Ea eſt ſententia nulla, quæ contra manifeſtam, certam, & claram iuris formam profertur. *l 2 C. quando prouocare non eſt neceſſe.* Sed communis opinio non facit ius clarum, & certum adeo, quod ſi contra eam ſententia feratur, dici debeat contrauentum formæ ipſius iuris 3. Vbi duæ ſunt præſumptiones contrariæ, licet efficacior tollat præſumptionem minus efficacem. *l. diuus. ff. de reſtitut. in integr.* tamen non adeo elidit, vt annullet penitus præſumptionem contrariam, nam cum præſumptio fiat in dubio, ſatis eſt quod contrarius actus præſumptione fulcitus præferatur; Sed in caſu noſtro ſunt duæ præſumptiones contrariæ, altera pro communi, & iſta reuera efficacior: altera pro iudice. 4. Sententia contra legem habentem varios intellectus prolata, non dicitur nulla, *l. cum prolatis. & ibi Dd. ff. de re iudicata.* Sed communis opinio à communiter accidentibus habet contradictores: Ergo ſententia cõtra eam lata, non eſt ipſo iure nulla.

Diſſent Abbas in c. 1. de re iudicata,

Argumenta eorum ſunt.

Obſt. 1. Quod ſententia lata contra legem, vel ex iuris errore, ſit ipſo iure nulla. *l. ſi expreßim. ff. de appellat. & l. 2. C. quando prouocare non eſt neceſſe.* Sed communis opinio pro lege ſeruatur. Ergo ipſo iure nulla eſt. Obſt. 2. Quod manifeſta iniquitas æquiparetur nullitati. Sed ſententia lata contra communem opinionem, dicitur notoriè iniqua. Ergo eſt ipſo iure nulla. Obſt. 3. Si vinco & vincentem te, multo magis vinco te. *l. de acceßionibus. ff. de diuers & temporal. act.* ſententia lata contra legem eſt ipſo iure nulla. *per d. l. ſi expreßim. ff. de appellat.* Ergo quoque lata contra communem opinionem, quia illa vincitur à lege.

Solutio Contrariorum.

Reſp. ad 1. Sententiam latam contra legem, eſſe contra meram & certam veritatem, & ſic nullam ſententiam latam contra communem opinionem, eſſe contra veritatem præſumptam, & ſic nullam. Reſp. ad 2. Negando minorem, quia ſententia lata contra

Digitized by Google

communem opinionem, non eſt notoriè iniqua, aliâs non mandaretur executioni. 2. Quia ea dicuntur notoria, quæ omnibus conſtare poſſunt. Reſp. ad 3. Diſtinguendo minorem, quod quidem ſententia lata contra legem certam ſit nulla, ſed non contra legem habentem varios intellectus, qualis eſt communis opinio.

Quæſt. 2. An mala conſuetudo excuſet à pœna?

Negat *Treutl.* Imo grauius puniendos cenſet. *per c. flagitia. cauſa 32. Quæſt. 7.* 1. Vbi dicitur, quod flagitia, quæ ſunt contra naturam vbiq; & ſemper deteſtanda & punienda ſint. 2. *per c. 1. diſt. 6. cauſa 33 Quæſt. 3.* 3. *per l. 16. §. fin. ff. de pœnis.* Vbi dicitur, quod pœnæ exacerbentur, quoties multis peccatis graſſantib. exemplo opus eſt. 4. *per c. 8. diſt. 8.* Vbi dicitur, quod conſuetudo, quæ apud quoſdam irrepſerit, impedire non debeat, quominus veritas præualeat. 5 *per c. 5. extr. de conſuet.* Vbi irritatur conſuetudo, qua dirumpitur neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ. 6. *per c. 2. extr. de probat.* Vbi illa conſuetudo reprobatur, qua compellitur actor iurare, qui plenè probauit &c. *vid. Damaſ. de reg. iur. Canon. pag. 32.*

Diſſ. Conan. 1. comment. 10.

Obſt. 1. *c. 8. extr. de diuort.* Vbi dicitur, quod quemadmodùm Iacob à mendacio, Iſraelitæ à furto, & Samſon ab homicidio, ſic & Patriarchæ qui plures leguntur ſimul habuiſſe vxores, ab adulterio excuſantur. Ergo mala conſuetudo excuſat à peccato. Obſt. 2. *c. 2. extr. de temporibus ordinat.* Vbi dicitur, quod clerici ordinati extra jeiunia quatuor temporum, non deberent permitti in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, niſi multitudo & antiqua conſuetudo terræ eſſet. Obſt. 3. *c. 3. extr. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis.* Vbi dicitur *fere in fin.* quod electiones Epiſcoporum, ad Cathedralium Eccleſiarum Clericos regulariter pertineant, niſi alibi ſecus obtineat de conſuetudine ſpeciali. Obſt. 4. *c. latores. extr. de clerico excommunicato.* Vbi propter multitudinem mitigatur pœna, iuxta illud vulgatum.

Ob populum multum crimen pertranſit inultum.

Solutio Contrariorum.

Reſp. ad 1 Nominata hæc Patriarcharum vitia non fuiſſe vitia, ſed diuina diſpenſatione conceſſa, vt eſſent complementum promiſ-

ſionis.

Digitized by Google

ſionis diuinæ. Reſp. ad 2. & 3. Quod conſuetudo, quæ pugnat cum iure naturali & diuino, non excuſet à pœna; ſi vero conſuetudo inducatur contra ius poſitiuum & fauorem vtentium illa conſuetudine, non delinquit, qui illam ſequitur, cum quilibet fauori ſuo renũciare poſsit. Si vero alijs præiudicat, non excuſat 'niſi ſit præſcripta. Reſp. ad 4. Diſtinguendo; Aut multitudo ignorat illud malum, quod fecit, & ſic inſtare debet Prælatus monendo, prædicando, & puniendo factum, ſi poſsit: aut multitudo ſcit eſſe malum quod fecit, & per vehementiam defendit illud, tunc pœna quandoque eſt diſsimulanda, ne ſchiſma ſuſcitetur, vel ſcandulum oriatur, ſic licet furtum ſit iniuſtum, tamen apud Spartanos pro iure obſeruabatur.

Ad verb. vel ſi quis aſſuetus &c.

Quæſt. 3. An furtis aſſuetus mitius ſit puniendus.

Negat *Treutl.* Imo grauius puniendum cenſet. rat. ſunt. 1. Quia cum habitus hic furandi contractus coniunctus ſit cum periculo alterius, imò incurabilis: ideoque talis fur, ad exemplum & emendationem aliorum, qui alter pœnę finis eſt, extremo ſupplicio affici debet. Vnde verſus. *In cruce fur pendet ſpectanti exempla daturus.* 2. *per dict. c. flagitia.* Vbi dicitur, quod flagitia vbique ſint punienda. Obſt. 1. Quod actiones ex habitu contracto natæ, ſint inuoluntariæ. Sed peccatum non eſt peccatum, vbi abeſt voluntas. Ergo fur aſſuetus furtis non eſt puniendus. Obſt. 2. Ebrioſus peccans excuſatur à pœna ordinaria, quia furioſo & mortuo æquiparatur. *per c. venter. diſt. 35. vid. Geil. 2. obſeru. 110. n. 28.* Ergo quoque fur aſſuetus furtis.

Solutio Contrariorum.

Reſp. ad 1. *Ariſt. lib. 3. Ethic. 5.* Quod ſc. ab initio in arbitrio ſui is fuerit non contrahere habitum, & ſic actiones ex habitu naſcentes non dicantur inuoluntariæ. Inſto. Quod culpa in contrahendo habitu commiſſa, ſit diuerſa, à culpa, quæ in committendo delicto. Reſp. Negando, quia quidquid eſt cauſa cauſæ, eſt etiã cauſa cauſati. Reſp. ad 2. *Idem Geil. cit. loco.* Diſtinguendo inter ebrietatem Drunckenheit/ & inter ebrioſitatem Vertrunckenheit / oder gewonheit Voll zu ſeyn. Primo caſu cũ quis non ex propoſito, ſed vini ignorata vi deceptus inebriatur, talis ebrietas in delictis excuſat. Altero caſu ebrioſus de-

Digitized by Google

linquando dupliciter peccat. 1. propter ebrietatem. 2. propter ipſum delictum. Quia culpa præceſsit caſum, & dedit operam rei illicitæ, non debet ipſum ebrietas excuſare.

Lit. C. *Ad verb. Ideo in ſcripturam redacta. &c. Quæſt.* 4.

An conſuetudo in ſcripturam redacta deſinat eſſe ius non ſcriptum?

Negat *Treutl.* rat.ſunt. 1. Quia ſcriptura non eſt de eſſentia legis, nec ſola facit ius ſcriptum, ſed conſenſus expreſſus, atque authoritas illius, qui iuris condendi poteſtatem habet 2. Sicut teſtamentum nũcupatiuum manet non ſcriptum, etiamſi in ſcripturam redigatur. *l.* 2. *C. de teſtamentis.* Ita etiam conſuetudo manet ius non ſcriptum, poſtquam in ſcripturam redacta eſt. 3. Illa dicuntur proprie ſcripta, in quibus in radice ſcriptura requiritur, ſicut eſt Lex. Sed in conſuetudine hoc abinitio non requiritur, cum tacito populi conſenſu introducatur. Ergo licet ex ſequenti accedat ſcriptura, ad faciliorem eius probationem, natura tamen originis exinde non mutatur.

Diſſ. VVeſenbecius in paratit. n. 2.

Obſt. 1. *c. lex eſt. diſt.* 1. Vbi dicitur, quod lex ſit conſtitutio ſcripta. Ergo vbicunque conſtitutio ſcripta eſt, ibi lex eſt. Reſp. Diſtinguendo an fiat ſcriptura memoriæ cauſa, an per modum ſanctionis expreſſæ, ab eo, penes quem ius eſt condendæ legis. Illo caſu ſcripta conſuetudo non fit lex, hoc caſu autem.

Lit. D. *Ad verb. ita pars ciuitatis quatenus &c. Quæſt.* 5.

An pars ciuitatis conſuetudinem introducere poſſit?

Negat *Treutl.* rat.ſunt. 1. Quia hac ratione ciues moribus & LL. ſeparati, non videntur vnius ciuitatis eſſe ciues. 2. Hęc res materiam poſſet præbere ſeditionis, & diuiſionis in ciuitate. Obſt. 1. Artificum Collegia, & corpora conſuetudines facere poſſunt. Ergo quoque pars ciuitatis. Obſt. 2. Vnius gentis, familiæ, & agnationis eſſe poſſunt conſuetudines, puta, vt filij maiore aut minore parte ſint hæredes, quam lex ciuitatis iubeat. Ergo quoque pars ciuitatis. Obſt. 3. Quod plebs Romana in montem ſacrum ſeceſſerit, eaque ſeceſsione obtinuerit, vt crearentur tribuni. *l.* 2. *§.* 9. *ff. de orig. iur.* Ergo & pars ciuitatis conſuetudinem facere potuit. Obſt. 4. *l.* 20. *§.* 1. *ff. ſi ſeruitus vindicetur.*

Digitized by Google

ſetur. Vbi plures ex municipibus ius quoddam peculiare ſibi adquiſiuerunt. Ergo & pars ciuitatis conſuetudinem facere poteſt. Obſt. 5. In multis ciuitatibus pars ſeparatim conſiderari poteſt, veluti Brunouici, quod ex quinque ciuitatibus dicitur eſſe compoſitum, vel alibi, vbi ciuitatem fluuius interlabitur, vel mons interſecat, & ſic vna pars ciuitatis conſuetudinem facere poteſt abſq; præiudicio alterius.

Solutio Contrariorum.

Reſp. ad 1. Alia eſt ratio artificum, qui vitæ conditione & ſtatu diſtinguuntur ab alijs, & efficiunt vnum quaſi corpus eiuſdem generis artificum, alia ciuium cuiuſcunque conditionis, qui vicinijs tantum & vicorum regionibus ſecernuntur, quos ſi etiam moribus ſepares, non vnius iam ciuitatis eſſe videbuntur. Reſp. ad 2. Vnusquiſque in ijs rebus, quæ ſuæ ſunt adminiſtrationis conſuetudinem ſibi, & pro ſe facere poteſt, dummodo non præiudicet alijs, & ſic valent conſuetudines familiarum. Reſp. ad 3. dupliciter. 1. Non exemplis, ſed *LL.* eſſe iudicandum. 2. Non pars ciuitatis regionibus diuiſa hoc fecit, nec ſola plebs, ſed etiam ſenatus, atque adeo omnis populus ad conciliandos plebis animos. Reſp. ad 4. Quiſque ſpecialia ſibi iura adquirere poteſt, quæ vniuerſaliter tamen non obligant. R. ad 5. Pars ciuitatis conſuetudinem ſeparatim introducere non poteſt, niſi ſeparatim habeat iuriſdictionem.

Lit. E. *Ad verb. qui præſumitur ex diuturno tempore &c. Quaſt. 6. Quantum tempus requiratur ad introducendam conſuetudinem?*

Treutl. Ait illud relinquendum eſſe iudicis arbitrio. rat. ſunt. 1. Quia quæ in iure noſtro non ſunt expreſsè determinata, illa relinqui debent iudicis arbitrio. *per l. 1. ff. de iur. delib.* Atqui tempus conſuetudinis inducendæ, nullibi eſt in iure definitum. Ergo iudicis arbitrio definiri debet, qui vt vir diligens, pro rei qualitate circumſpectè ſtatuere poteſt, in rebus leuibus cõſuetudinem minori tempore, in grauioribus vero negotijs maiori tempore confirmari. 2. *per l. 53. & l. 35. ff. d. LL.* Vbi dicitur conſuetudo introduci diuturno tempore. Sed diuturnum tempus interdum accipitur pro biennio. *l. 56. ff. locati.* Interdum pro decennio. tot tit. *C. de præſcript. longiſſ. temp.* Interdum pro triginta vel 40. annis. *l. 2. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & l. 57. ff. de ritu nupt.*

tu nuot. Ergo cum hæc res in iure non ſit expreſſa, ſed ſit quæſtio magis facti quam iuris *per l. ff. 32. vſur.* ideo relinqui debet arbitrio iudicis.

1. *Diſſ. Arum. excercitat. 1. th. 19. & Geil. lib. 2. obſeruat. 31 qui decem annos ad conſuetudinem introducendam ſufficere dicunt.*

Obſt. 1. Quod ad conſuetudinem introducendam leges requirant longũ tempus *l. 1. §. 23. in fin. ff. de aqua pluuia arcenda. & l. 20 ff. de ſeruit. vrban. prædior.* Atqui tempus longũ in vſucapione eſt 10. annorũ inter præſentes, 20. inter abſentes. *per §. 1. inſt. de vſucap. & l. 13. ff. eod.* Ergo ad conſuetudinem introducendam ſufficit decennium & hoc ideo, quia populus, cuius tacita conuentione mores conſtituuntur, nunquam abeſt, ſed perpetuo præſens eſt, *per l. 76 ff. de iudic.* Obſt. 2. Denarius numerus videtur aliquem reſpectum habere omnium decem tabularum, in quas olim originaliter fuerunt diuiſæ leges 12. tab. *per l. 2. ff. de orig. iur.* Vt ea ratione, quaſi per aliquam alluſionem, ſatisfiat omnibus decem tabulis originalibus: quemadmodum & in ſimili intra decendium appellandum eſt. Ergo quoque decennium ſufficit ad inducendam conſuetudinem, *vid. Schikh. diſput. 1. th.* 10.

Solutio Contrariorum.

Reſp. ad 1. Licet longum tempus in materia vſucapionis ſignificet decennium: tamen non vbique. 1. Quia hoc tempus pro rei conditione modo breuius, modo longius eſt. 2. à præſcriptione priuatorũ, ad conſuetudinem & ius totius populi inducendum, non bona ſit illatio. Reſp. ad 2. Similia non probant. Ergo hoc argumentum ab analogia petitum inefficax eſt.

2. *Diſſ. VVeſembecius in Paratit. ff. de LL. n. 9. qui ad conſuetudinem introducendam requiri triginta vel 40. annos, ait.*

Obſt. 1 Ad præſcriptionem iurium incorporalium requiruntur, 30. *vel* 40. *anni. tot. tit. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Sed conſuetudo eſt ius ſeu res incorporalis. Ergo 30. vel 40. annis introducitur. R. à præſcriptione ad conſuetudinem introducendam non valere argumentum, quia ex conſuetudine non priuatum ius, ſed publicum naſcitur.

3. *Diſſ.*

Digitized by Google

5. Diſſ. alij qui conſuetudinem immemoriali tempore introduci aſſerunt.

Obſt. 1. Quod conſuetudo appellatur longęui temporis *per l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo.* Sed longęuum tempus eſt annorum centum. *per l. fin. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.* Quod tempus memoriam hominis excedit. Obſt. 2. Conſuetudo dicitur inueterata. *per l. 32. §. 1. ff. de LL.* Inueteratum autem à noſtra memoria remotum eſt. *per l. 2. §. 1. ff. de aqua pluuia arcenda.* Ergo ad conſuetudinem inducendam requiritur immemoriale tempus. Obſt. 3. Quod conſuetudo etiam expreſſe dicatur illius temporis, quod excedit hominum memoriam. *L. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua cottidiana & æſtiua.*

Solutio Contrariorum.

Reſp. ad 1. & 2. Quod longæuum & antiquum tempus interdum quidem ſignificent tempus 100. annorum, ſed non ſemper, vt hic, vbi tempus indefinitum, & iudicis diſcretione determinandum denotat. Reſp. ad 3. in *D. L.* non tractari de conſuetudine, ſed de aquæ ductus immemoriali præſcriptione. Notandum igitur ex *Coraſio* in *l. 32. ff. de LL.* Conſuetudinem introduci per decennium, dum duorum ſaltem exemplorum teſtimonio comprobetur. Sed annis quadraginta, cum detrahit aliquid iuri Eccleſiæ, vt in *c. de quarta. extr. de præſcript.* Sed ſi inducitur contra peculiaria principis iura, quæ ſunt ipſi in ſignum ſupremæ poteſtatis reſeruata, hoc caſu tanti temporis præſcriptio requiritur, cuius initij memoria non extat in contrarium. *per c. ſuper quibuſdam. §. præterea. extr. de verb. ſig. vid. Geil. lib. 2. obſeruat. 31. n. 4.*

Ad verb. Porro præſumitur etiam conſenſus &c. Quæſt. 7.

Quot actus requirantur ad conſuetudinem introducendam.

Treutl. Id arbitrio iudicis relinquendum innuit, dum plures actus requirit, & duos ad minimum probandos eſſe ait. rat ſunt. 1. Quod ea quæ in iure noſtro definita non ſunt, relinqui debeant arbitrio iudicis. *l. 1. ff. de iur. de lib.* 2. vt conſuetudo legitima introducatur, requiruntur actus tam frequentes, ex quibus veroſimile eſt, ius hoc in populi notitiam perueniſſe. *l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo. & l. 3. C. de ædificio priuato*; ideoque hoc potius iudicis arbitrio relinquendum eſt

vt is ſtatuat quot actibus populi notitia, & conſenſus comparetur. *conſ. Bron h. centur. 1. aſſert.* 8.

Diſſ. Geil. lib. 2. obſeru. 31. n. 7. qui duos actus ſufficere ſtatuit.

Obſt. 1. *pr. inſt. de Codicill.* Vbi dicitur quod ius codicillorum fuerit duobus actibus, videlicet Lucij Lentuli, & D. Auguſti introductum. Obſt. 2. *l. 3. C. de Epiſcopali audientia.* Vbi dicitur expreſſe eos qui bis deliquerunt conſuetos eſſe delinquere.

Solutio Contrariorum.

Reſp. ad 1. Ius Codicillorum non vno, atque altero exemplo eſt introductum, ſed à pluribus, vt patet ex *vers. deinceps reliqui.* Imo non tam moribus populi, quam Diui Auguſti authoritate introductum eſt. Reſp. ad 2. Diſtinguendo, inter aſſuetudinem perſonæ, & conſuetudinem loci, illa duobus actibus verificatur, hæc vero non.

Ad verb extraiudicialibus &c. Quaſt.

An ad conſuetudinem introducendam præciſè requirantur actus iudiciales?

Negat *Treutl.* 1. Quia tales actus requiruntur ad conſuetudinem introducendam, ex quibus conſenſus populi colligi poteſt. iam vero ex actibus extraiudicialibus conſenſus populi colligitur. *per l. 28. C. de tranſact.* Ergo actus extraiudiciales ſufficiunt. 2. Quæ tacito conſenſu introducuntur, iudicis præſentiam non requirunt. *l. 28. C. de tranſact.* Conſuetudo autem ſolo conſenſu introducitur. *l. 32. ff. de LL. vid. Geil. lib. 2. obſeru. 31. n.* 8. 3. Conſuetudo ſeparatur à rebus iudicatis. *l. 38. ff. de LL.* Ergo actus iudiciales non requiruntur. *vid. Forſt. diſp. 1. th.* 37.

Diſſ. Accurſ.

Obſt. 1. *L. 34 ff. de LL.* Vbi dicitur, quod ſi de conſuetudine introducenda dicatur, primo explorandum ſit, an etiam cõtradictorio aliquando iudicio conſuetudo firmata ſit. Ergo actus iudiciales requiruntur. Obſt. 2. *L. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo.* Vbi dicitur conſuetudo probari coram præſide. Ergo actus debent eſſe iudiciales.

Solutio Contrariorum.

Reſp. ad 1. *Coraſ. in d. l.* 34. hanc legé conſilij potius eſſe, quã neceſsitatis; Quia vtile eſt & expeditum adhibere actus iudiciales, ne fortaſſis actor ſe in probatione conſuetudinis nimium ſollicitet. 2. Actus

iudicia.

Digitized by Google

iudiciales magis inſeruiunt ad conſuetudinem probandam,quam introducendam. *vid. Anton. Fabr. in rational. ad hanc L.* Reſp. ad 2. Hæc lex loquitur de conſuetudine, quæ eſt circa cognitionẽ litium,& deciſionem forenſium cauſarum, quam debet iudex in ſimilibus cauſis obſeruare. *conf. Coraſ. in parte* 1. *de arte iuris c.*19.

Ad Theſ. 10. *Lit.* A.

Statuta collegiorum] Licita & approbata , puta mercatorum, ſartorum, ſutorum,in his,in quib. habent iuriſdictionẽ,inter ſe,ratione ſuæ profeſsionis & artis ,quo ad ea,quæ ad illos collegiatos pertinent, poſſunt facere ſtatuta. *L. fin. C. de iuriſd. om. iud. l.* 2. *§. fin. C. de cõſt. pec.* nec indigent confirmatione ,cum à lege cõmuni confirmentur. In præiudiciũ tertij autẽ ſtatuere non poſſunt, quia dicuntur conuentiones. *l.* 55. *ff. de LL.*. Sed conuentio inter certas perſonas alijs non præ iudicat. *l.*27. *§ pacta. verſ. ante omnia ff. de Pact.* 2. Non poſſunt ſtatuere, niſi ſuper profeſsione artis ſuæ, non ſuper tutela, vel ſucceſsione. Sed fortaſſe, quod neminem alium velint ſuſcipere, quam legitime natum. 3. Certa pars ciuitatis poteſt condere ſtatuta pertinentia ad modũ expediendi ea, quæ incumbunt illi parti ciuitatis,non autem ad deciſiones cauſarum. Cum iuriſdictio non reſideat,in certa parte ciuitatis. 4. Magiſtratus & iudices ſublimiores. *l.* 2. *C de offic. præfect. Prat. Orient.* 5. Magiſtratus minores dummodo habeant dignitatem perpetuam, aut ſi minores, ſint ſine dignitatẽ , cum conſenſu maiorum. 6. Doctores & magiſtri inter diſcipulos, quoad ſtudia & mores, licet non quoad deciſiones cauſarum.

Vt quod vinu cœpit] Sunt enim illicita ſtatuta,vti pacta Ergolaborũ. fiunt monopolia. 1. modis. trib. In mercib. vt cum mercatores conueniunt inter ſe , vt vel pectines vel piper totum coemant, &.certo pretio conſtituto inter ſe diuendant. 2. in perſonis, vt dum in Germania vitriarij ſtatutũ inter ſe habẽt,ne doceant ſuam artem alios quã filios,quale ſtatutum eſt in Italia inter illos qui margaritas, vel perlas perforant. Item quando Canonici Cathedrales habent ſtatutum,ne alios ſuſcipiant in Canonicos, quã nobiles, contra ritum veteris Eccleſię. Sapit monopoliũ,quod& eſt in Vniuerſitatib. quo ſtatuitur, vt hic qui licentiá accepit, non poſsit doctorari alibi. Siue omnes inferiores,qui faciunt fœdera abſque ſcientia ſuorum ſuperiorum. 3. In

Digitized by Google

loco ſit monopolium, ſi ſtatuitur vt certo loco aliquid fiat, vel non fiat, vt quando nobiles cogunt ſuos ſubditos in certo molendino ſuo propter lucrum molere. 1. Obſt. Sed mercatorum & artificum Collegia ſunt licita: Licita autem collegia nó tantũ poſſunt creare aliquem rectorem, quam habere communem fiſcum. R. Dummodo tamen ſint licita; & non vergant in commodum priuatum: Sed bene in incommodum. Sic Collegia Capitulorum poſſunt ſine Epiſcopo, qui alias eſt caput capituli, certa quædam ſtatuta condere, ſc. niſi affuerit aliquis in vigilia, vel veſperis, ne detur ei præſentia, quod tamé non porrigitur ad extraneos. 2. Obſt. *c. ſignificantes. X. de Appellat.* Vbi Decanus & Capitulum agebat contra Epiſcopum Aurelianenſium actione confeſſoria, ſcilicet ſibi ius eſſe, vt carnes non venderentur, niſi in certo loco. Reſp. Ibi hoc per priuilegium fuit illi Capitulo conceſſum, vti & hodie fit.

Idque ex vſu ferè] In iuris Saxonici quæſtionibus conſuetudo potiſsimum attendenda, quippe cum multa apud noſtros anteceſſores vſu ſint introducta, quæ cum verbis iuris Saxonici minimum conueniunt, contra vero iure Saxonico multa conſtituta reperiuntur, quæ vſu non ſunt recepta, atque adeò aliter non valent, quam ſi conſuetudine approbata fuerint, vt fallantur qui cognitionem huius iuris, magis ex verbis, quam ex vſu ſibi parare ſtudent.

Ad verb. Otto I. Imperator.

Cognomento *Magnus*, hic Heros ille magnus, cuius virtute admirabili Italia ex hoſtiũ faucib. eſt erepta & pacata, cuius præſidio Germania à tumultib. cõquieuit; cuius induſtria hoſtes exteri fracti ſunt. &c: hic fuit qui cum Hugo Caperus comes Pariſienſis Saxones per cõtumeliam ſtramineos effœminatos nominaſſet, ſic ad ludibriũ cõtumeliæ exercitum ſuum inſtruxit, vt milites gererent *pileos ſtramineos cum colu & fuſis ſubtiliter tornatis.*

A quibus vero. Ius Saxonicum primo moribus tantum, quamuis aſperum & durum in multis erat, receptum, donec aliquando per nobiliſsimum longo rerum vſu præſtantiſsimum virum Eccardum Repka memoriæ cauſa in tres libros latino ſermone priuato ſtudio eſſet collectum, mox ad mandatum Illuſtris comitis Hoieri à Falcken-

Repkow Tetrarchæ Saxonũ in maternum idioma tranſlatũ. in præfatione Sachſenſpiegels, & tandem debellatis à Carolo Magno Saxonibus, cum inueteratas illas conſuetudines citra rebellionem tam ſubito aboleri vix poſſe animaduerteret, approbatum, perque Ottonem I. denique confirmatum. Gloſſ. Landtrecht/ſiue Sachſenſpiegel/*lib.* 3: *Artic.*82.*ſuper verb.* daß ſie hören/ Qui idem & cõpendiũ illud, Weichbild/quod habemus, legis authoritate donauit, cum inquam hoc Ius Saxonicum in multis articulis à Iure Iuſtinianeo & Canonico diſcreparet, filio eius Ottoni II. à nota faciei cognominato *Ruffo*, diſcrepantia illa per virum nobiliſsimum ſacri palatij Quæſtorem Buckhardum à Mangelfelt I. V. D. mõnſtrata eſt, & cõſenſus annotatus. quo ipſum vti feliciter ab hoc pertractatum, ita etiam per illum confirmatum eſt. *Cramz. in ſua Saxon. lib.* 2. *Hackel. in Epiſt. deducat. ad differ. Fach. & Reinhard.*

Lit. G. *Ab eadem vinci.*

Diſtingue, conſuetudo vel eſt ſecundum legem, vel præter legem, vel contra legem; primo caſu, aut lex eſt dubia, aut certa; Si eſt dubia, tunc conſuetudo eam interpretatur. *L. ſi de interpretatione. ff. de LL.* Si vero ſit certa, tunc conſuetudo eam confirmat. *l.* 38. *ff. de LL.* Secundo caſu, quando conſuetudo eſt præter legem, tunc imitatur legem in eo, quia ſicut lex facit ius in caſu à ſe expreſſo, ita etiam conſuetudo in caſu à ſe expreſſo. *l.* 3. *C. de ædif. priu.* Tertio, quando eſt contra legem, tunc aut eſt contra diuinam, aut naturalem, aut ciuilem, primo caſu non poteſt totum tollere, ſed bene diſtinguere, vt patet in teſtamentis & contractibus, *Gloſſ. in L. fin. ff. de conſtit. Princ.* Secundo caſu ius naturale in totum abrogare non poteſt, §. 11. *Inſtit. de Iure Natur. Gent.* Sed benè poteſt derogare. *L. pen. ff. de Iuſt. & Iur. L. Derogatur ff. de verb. Sig.* Tertio, quando eſt contra Ius ciuile, tunc aut per illud eſt expreſsè improbata & non valet conſuetudo, nec facit Ius: imo ipſa tollitur. *L. Eos. C. de vſur.* Si vero non improbata, tunc vel conſuetudo præcedit legem, vel eam ſequitur, primo caſu, non facit Ius, nec poteſt tollere legẽ ſequentẽ. *vt in l.* 3. §. *Diuus. ff. de ſepulch. viol.* Sed ipſa conſuetudo vincitur ab ea. *c.* 9. *de conſtit. lib.* 6. Secundo caſu, quando ſequitur legem, tunc eſt, aut inducta

Digitized by Google

per errorem abſque aliqua ratione, aut ex certa ſcientia cum ratione. Primo caſu dic idem, quod non tollat legem, *L Quod non ratione. ff. de LL.* Secundo, quando inducta cum ratione, & tunc ſi eſt generalis, generaliter tollit legem. Si vero ſpecialis, tunc ſpecialiter. *d. l. 2. C. quæ ſit Long. Aluar. 2 F. ad. 1. n. 3.*

2. *An teſtamentum factum ſecundum loci ſtatutum extra territorium valeat.*

Affirm. 1. Quia nemo pro parte teſtatus & inteſtatus decedere poteſt 2 Quia legata & fideicōmiſſa iuxta voluntatē teſtatoris dari oportet. *l. 7. C. de teſtam.* 3. Quia hoc citra iniuriam alterius magiſtratus fieri poteſt, cum ex accidenti mortuus alibi bona habeat, quæ facilè aliâs vendere potuiſſet. 4. Quia quoad ſolennitates attenditur conſuetudo loci, in quo actus celebratur. *l. 9 ff. de Euict.* 5. Quia cōtractus celebratus cum ſolennitate requiſita, in loco contractus extendit ſe ad omnia bona, licet in loco bonorū maior ſolennitas requiratur. 6. Quia aditio hereditatis extendit effectum ſuum ad bona vbicunq; ſita. *per l. omnium C. de teſtam.* 7. Quia teſtamentū ruri factum coram 5. teſtibus vbique valet. *per l. fin. C. de teſtam.* 8. Quia acta coram vno iudice facta, fidem quoque faciunt in alio iudicio. 9. Inſinuatio donationis in vno loco facta, porrigit effectum ſuum etiā ad bona ſita extra territorium. 10. Adminiſtratio tutoris porrigitur quoque ad bona ſita extra territorium eius, qui tutorē dedit. *l. 1. C. Qui tut. vel curatores dentur.* 1. Obſt. Conſuetudines vel ſtatuta ſunt localia, & ſic non obligant, niſi ſubditos, vbi igitur ceſſat iuriſdictio ſtatuentium, ibi & diſpoſitio ceſſat. *L. fin. ff. de Iuriſdict.* Reſp. 1. Bartol. diſtinguendo inter ſtatutum, quod vel conceptum eſt in perſonam, & non extenditur, vnde dicitur aduenas ſtatutis locor. non teneri. *l. 1 ff. de Tutor. & curat. dat.* Vel conceptum eſt in rem, cum enim Dominus in rebus ſui territorij liberè diſponere poſsit, rem ipſam ita affeciſſe videtur, vt apud quemcunque res ipſa ſit, patriæ *LL.* obſtringantur. *l. 9. C. de teſtam.* 2. Reſp. *Treutl.* Diſtinguendo inter cauſam teſtati & inteſtati, adeò vt in illa circa ſolennitatem actus conſuetudo loci inſpiciatur, in hac non, quia qui teſtatus decedit, teſtatus videtur ſecundum illud ius velle decedere, ſi aliud non diſponat, quod in eo loco viget, vbi decedit. 2 Obſt. Cauſa finita non poteſt producere effectum.

Digitized by Google

ctum in finitum: Sed potentia ſtatuti, non extendit ſe extra proprios limites. *per l. duumuirum. C. de decurionib.* Ergo nec effectus. 3. Obſt. Qui bona in diuerſis prouincijs habet, is plurium perſonar. vice fungitur, ſcinditur inquam hoc caſu perſona, ſcinduntur ergò & patrimonia, vt proinde cuiuſmodi homo moriens, ratione iuris prouincialis diuerſi, alios atque alios heredes, aut diuerſo modo habere poſsit. R. *Daut h.* Prædicta procedere in cauſa inteſtati, qui enim decedunt inteſtati, bona ſua ſecundum iura locorum, vbi ſita ſunt, deferunt, quod verum eſt in bonis immobilibus; Aliud vero in mobilibus: Sed bona meritò perſonam teſtatoris ſequuntur, & magis dignum trahit ad ſe minus dignum: Contra mentem enim morientis fuerit, eum velle ſecundum ius loci relinquere bona ſua, quod ius adhuc ignorat. 4. Obſt. *L. ſed ſi accepto. ff. de iure fiſci, vbi à contrario ſenſu patet.* Obſides, qui vſu togæ Romanæ non accepto, Romæ fuerunt, eodem iure non frui in bonis, quæ eis relinquuntur, quo cæteri fruuntur, qui à ciuibus Romanis heredes inſtituti ſunt. Reſp. Quæſtio diuerſa, quia obſides, ſi non habeant ius togæ, ciues Romani non ſunt, nec eodem iure teſtari valent: Sed hic aduena ciuis Romanus erat, teſtamentũ faciebat adhibitis ſolennibus, ſecundum ſtatuta loci. 5. Obſt. *L. ſi non ſpeciali. C de. teſtam.* Reſp. Textus loquitur de eo, qui teſtamentum fecit in patria ſua, non adhibitis ſolennitatibus. 6. Obſt. *L. vlt. C. de teſtam.* Vbi conſuetudo teſtandi non adhibitis ſolennibus iuris approbatur duntaxat in locis ruſticor. Reſp. Hoc procedit de iure communi, noſtra quæſtio eſt de iure ſtatuti.

Ad verb. Ac proinde dictum vulgare. &c. Quæſt.

An verba ſtatutorum ſtricte ſint intelligenda?

Affirm. *Treutl.* rat. ſunt. 1. *per l. 12 ff. qui & à quibus manumiſſi liberi nõ fiant.* Vbi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus. *L. de pretio. ff. de public. in rem actione.* quod igitur ſtatutum non dicit, nec nos dicere debemus. *per l. 64 § 9. ff. ſoluto matrimonio.* & *l. 3 ff. de offic. præſidis.* & *l. ſi ſeruum. §. prætor. ait. ff. de adquir. hered.* tantum enim ſtatutum vel conſtitutio diſponit, quantum loquitur, & non plus. 3. *per cap. quæ à iure. extr. de reg. iur. in 6.* Vbi dicitur quod ſtatuta, quæ iuris communis correctoria ſunt, ſtrictiſsimam interpretationem admittant. vid.

Digitized by Google

Geil. 2. obſeru. 33. 4. Quia omnia ſtatuta introducta contra ius commune, quia enim non idem eſt cuique ſalubre & vtile, ſed alia aliis bona eſſe perſpicuum eſt. *Ariſtot. 5 Ethicor.* vtputa, piſcibus bonum eſt eſſe ſub aqua, non autem in aere, auibus autem non ſub aqua, ſed in aere eſſe conducit, ideoque quiſque populus ſtatuit, quod ſibi ciuibuſque ſuis conduceret. *per L. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.* 5. Sunt nonnulli, qui dicunt ſtatuta ideo eſſe ſtricti iuris, quia per ſtipulationem, vel adinſtar eius fiunt. Obſt. 1. Quod ſtatuta ampliſsimè ſint interpretanda. *l.* 17. *ff. de LL.* Vbi dicitur quod ſcire leges non ſit earum verba tenere, ſed vim ac poteſtatem. Obſt. 2. *l* 3. §. 1. *ff. de negot. geſt.* Vbi verba ſi quis, includunt quoque, ſi quæ. Obſt. 3. *l.* 64. § 1. *ff. de ritu nupt.* Vbi appellatione filij, intelligitur quoque extraneus. Ergo ſtatuta ſunt amplianda. Solutio Contrariorum.

Reſp. *Treutl.* Ex *Geil cit. loco. n.* 3. & 6. Quod generalia ſtatuta reſtringenda ſint, ad id, quod rationis eſt, & quod omnia ſtatuta recipiant interpretationem, per punctum rationis, nulla enim diſpoſitio ita intelligi debet, vt inducatur abſurdum, & hæc potiſsimum obtinent, quando de ratione ſtatuti non apparet, & certatur de damno vitando, quia intelligenda ſunt, ne quis indebite damnum patiatur, vt abſurditas vel læſio iuris tertij euitetur, nec à ſapiente reprehendi poſsint. *L. Saluius Ariſto. ff de legat. præſtand.* Vnde illud vulgatum, ſtatuta non eſſe iudaicè intelligenda, hoc eſt fraudulenter, fallere enim Iudæorum proprium eſt. *conſ. L. ſi cui ff. de ſeruitut.*

Summa hæc ſit; aut res & perſonæ, de quibus controuerſia oritur, ſunt expreſſæ in iure ſtricto, hoc eſt in ſtatuto, & de his ſecundum illud iudicandum eſt, aut in eo non ſunt expreſſæ, ſunt tamen in iure largo comprehenſæ, & tunc de illis, iure ſcripto neque ex ſimilibus, neque ex eadem ratione eſt iudicandum, ſed ius illud largum conſulendum eſt: quando vero res, ſeu perſonæ, à iure ſtricto omiſſæ, à iure largo minimè comprehenſæ ſunt, tunc ſecundum ius ſtrictum, ex ſimilibus, ſeu ex eadem ratione, res decidenda eſt, intellige, in eo loco, vbi eſt ius ſtrictum, propterea, quod ad ius illud largum recurri non poſſit, eò, quod tales res, ſeu perſonæ in eo non ſunt expreſſæ, ne igitur caſus emergens indeciſus remaneat, poterit vti iure illo ſtricto ex ſimilibus. *l. Aytio in fin. ff. de V O. l.* 32 *ff de LL. Ita. Vacon. à Vacun. Declarat.* 91. *n.* 3. Qui *n.* 4. refutat eos, qui dicunt ſtatuta ideò eſſe ſtricti iuris, quia per ſtipulationem fiunt. Sic enim idem eſſet in LL. arg. §. 4. *Inſt. de Iur. Nat Gent & Ciu.* & in *n.* 2. ſubſtituit, ideò dici ius ſtrictum, ob id quod vnius territorio clauditur, continetúrque, quod ſecus eſt in iure Romano. *arg.* §. 2. *Inſt. Eod.*

FINIS.

Digitized by Google

DISPVTATIO VIII.
DE SATISDATIONIBVS, FERIIS, ET DILATIONIBVS.

RESPONDENTE ANDREA MODEMANNO OSNABRVGGENSE.

THESIS I. LIT. B.

Ad verba. Quia in litis præparatorijs.

Q. *An in præparatorijs iudiciorum Actor reo ſit fauorabilior.*

NON INDISTINCTE. 1. Quia quemadmodum Reus tenetur ſatisdare de iudicio ſiſti. *Auth. offeratur. C. De Lit. Conteſt.* Ita & Actor tenetur ſatisdare de lite perſequenda. *Auth. Generaliter. C. De Epiſcop & Cleric.* (2. Si reus poſſidet immobilia releuatur ab onere ſatisdandi. *L. 15. in pr. ff. Qui ſatisd. Cog.* Et tamen Actor quamuis poſſideat immobilia, non releuatur. (3. Ad defendendum Reum quilibet extraneus admittitur, etiamſi conſtet eum clarè non habuiſſe mandatum, dummodò ſatisdet de iudicato ſoluendo. *L. vn. C. De Satisdat. L. 12. C. de Procur.* Et tamen ex parte Actoris non admittitur procurator, quem conſtat non habere mandatum. *L. 1. C. De Procur.* 4. Actor tenetur actionem edere in ſcriptis. *L. 3. C. de Edend.* Non verò Reus exceptionē. 5. Libellus actoris debet continere Concluſionem, ſecus eſt in Exceptionibus. *Iaſon. in d. L 12. C. De Procur.*

Ad verba. Quid Si] Senſus. Si ſatisdatio per Calumniam petatur, puta Reus neget actorem immobilia poſſidere, an tunc ſaltem ſatisdare debeat, donec de eo docuerit. *Reſp.* Per Diſtinctionem. Aut negatur hoc ſine calumnia, & affirmanti incumbit probatio; Factum enim, qualis eſt poſſeſſio, non præſumitur ſed probari debent. *l. cum de indebito. ff. de Probat.* idque iure communi, ſin vero negat per calumniā, de hac Exceptione, ſi incontinenti probari poſſit, prius cognoſcendum, quam de ſatisdatione, de eo enim quod ſtatim probari poteſt, non eſt diſputandum, *arg. l. 3. in pr. ff. vt in poſſ. legator.* vbi heres, à quo legatarius petit ſatisda-

Digitized by Google

tiſdationem legatorum nomine excipere poteſt ademptum eſſe legatum ſi fiat incontinenti: Intellige tamen hoc de cautione in iudicio ſiſti.

Lit.C.Ne quid in Iudicio fruſtra] Cautionis iudiciariæ cauſa materialis eſt malitia,ſeu leuitas hominũ, qui ſæpè ludere ſolent,perperam deſerere ſacroſanctam iudicij cenſuram, ſimul etiã aduerſarium fruſtrari; Itaque ex delicto proficiſcitur: Nam ſuadebat publica vtilitas, vt aliquo cautionis veluti repagulo conſtricti adeſſent rei conuenti.

Ad.verba:Vt qui ea nõ contẽtus) Non igitur omnes,qui in ius vocãtur,nec ſequũtur,manu iniecta duci poſſunt 1.Ex domo vocati nõ ducuntur. *l.21.ff.de in ius voc.*2.Ex aſylo vocati non ducuntur. *Nou.* 17. 3. Qui ſatisdant,non ducuntur.Inde tit.*In ius vocati, vt eant aut ſatisdent)* Quo ſignificatur,non ire eum, qui ſatisdat, & inuitum ire eum, qui non ſatisdat.Obſt.1. Poteſt quis opulentam hæreditatem ſine cauſa repudiare,nec tenetur adire, niſi alieno periculo.*l.4 ff. Ad Senatusc.Trebell. l.22 in fin.ff. Si quis omiſſ.cauſa teſt.* Ergo & fideiuſſorem diuitẽ quis repudiare poteſt,argumentum enim à contractibus ad vltimas voluntates valet,*pr.Inſt. De lege Fuſ. Canin. toll.* Reſp. nulla ratio eſt cur actori permitti debeat,vt ſine cauſa auferat reo beneficium, quod habet ex Edicto Prætoris impediendæ per ſatisdationem violentiæ: Alia cauſa eſt eius,qui hereditatem opulentam repudiat; hic enim ſibi ſoli primum nocet,Cæteris. v.non niſi per conſequens, quor. ratio non ſolet haberi.*l.1.& 7.ff.De Auth.tut.*Nec ęquum eſt,vt propter alienum compendium cogatur ſe implicare oneribus hæreditarijs, niſi tales ſint, quorum periculo hereditatem adire poſſit.*l.4.l.52.§.1.l.53 ff. Ad.Sct. Trebell.*2.Obſt.Iniuria non fit ſine affectu iniuriandi *l.3.§.1.ff. De iniur. l.5.C.Eod.*qualis hic non eſt,cum inciderit ipſe in fideiuſſorem fortaſſis ſibi cognitum, de quo non cogitabat. arg. *l.vlt.ff. Rem ſalu.for.pupill. Conf.l 10 ff.Qui ſatisd cog.*Reſp. Animus iniuriandi non tantũ ex longa deſtinatione,ſed etiã reipſa colligitur, vt hic,violentia.n. illa ſuggillat exiſtimationem apud bonos & graues.Sic dicimus,ſi creditor meus,cui paratus ſum ſoluere,in meam iniuriam fideiuſſores meos interpellauerit,iniuriar.tenetur *l 19.ff.De iniur.l 5 § 33 ff.Eod.*

Lit.D.& E.] Senſus ſatisdatio, quæ ad firmandum iudicium interponitur

ponitur, vel Perſonas litigantes concernit, cuiuſmodi duæ ſunt, vid. Iudicio ſiſti, zu Recht ſtehen/ oder zu Recht ſtellen. De qua agitur. *tit. ff. Qui ſatisd. cog. l. 2. ff. ſi quis cautionibus. l. Si quis quempiam ff. Eod.* Et rem ratam haberi, id eſt ratã habitum iri. *tit. ff. Rem. rat. haberi.* Vel eſt pro litis ęſtimatione, quę dicitur iudicatum ſolui, & alias hæc cautio dicitur eſſe pro lite. *l. 5. §. In poſſeßionem. ff. vt in poſſeſſ. legat. l. 11. ff. iudicat. ſolu. l. 33. ff. de Fideiuſſ.*

Theſis 2. Lit. A. Ad verba, & A quo.

Prætor exigit fideiuſſores. *l. 7. ff. de prætor. ſtip.* 2. Quia labor eſt in cuſtodiendo pignora & periculum, quibus creditor inuitus aſtringi nõ debet, *per l. 29. §. pen ff. Ad L. Aquil.* Vbi pignus detritum reddens tenetur, in id quod intereſt domino. Qui textus notãdus contra Hebræos fœneratores, qui reſtituunt pignora, puta veſtes corroſas à tineis vel muribus. *L. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commod.* 3. Qui tenetur ſatisdare, liberatur à ſatisdat. prædicta, ſi valde diues & idoneus, *l. 15. ff. Qui ſatisd. cog.* ſed qui tenetur dare pignora non liberatur, etiamſi ſit valde diues, quia plus cautionis eſt in re quam perſona. 4. Aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt. *L. 2. in fin. ff. de reb. cred.* licet melior conditio offeratur. *§. præterea, Inſt. de Action. l. fin ff. de vſu & hab.* 1. Obſt. Quod mihi non nocet, & alteri prodeſt, illud benignè præſtandum. *L. Reſcripta. C. de precib. Imp. Offer. l. 2. §. item Varus. ff. de Aq. plu. arc.* Reſp. Non quis ſuo cum periculo alteri benefacere debet, cum officio contrarium non ſit, ita alium iuuare, vt te ſerues indemnem. *l. 25. C. de Adminiſtr. tut. l. 6. C. de ſeruit & Aqua.* ordinata charitas incipit à ſe ipſa. Vnde *Terentius.* Proximus ſum egomet mihi. 2. Obſt. Plus cautionis in re quam perſona. *l. 25. ff. de R. I.* Reſp. Hoc verum propter litis diuturnitatem & moleſtias, tamen in pignore cuſtodiendo maior moleſtia ratione cuſtodiæ. *Conf. Rubr. C. Ne fidei. dot. dentur.* Vbi pignora exigi poſſunt & recipi ab vxore; non vero fideiuſſores.

Ad verb. Niſi ſit poſſeſſor immobilium] 1. Obſt. Prætor iubet ſatisdari datis fideiuſſoribus. *l. 1. ff. h. t.* Qui autem pignora dat, non dat ſatis. E. nihil prodeſt reo poſſeſsio rer. immobiliũ. Reſp Non iniungit Prætor ſatisdationẽ ad hoc, vt oneret promiſſorẽ, ſed vt proſpiciat ſtipulatori,

Digitized by Google

ne ex inopia præſenti vel futura periclitetur. *d. l. 1.* nullum autem ſubeſt periculum, cum poſsidet immobilia quæ poſſunt capi. *l. 15. ff. de re iudic.* 2. Obſt. Ergo pro vili ceſpite euitabit citationem, in cauſa 100 marcarum, quod abſurdum arg. *l. 31. in fin. pr. ff. de reb. Auth. iud. paſſ.* Reſp. Non aliter eximitur à ſatisdatione poſſeſſor immobilium, quam ſi cauerit, & bona ſua etiam mobilia obligauerit. Et hic edicti ſenſus eſt, vt nihil proſit reo, quod paratus ſit, ſe ſuaque bona omnia obligare, ad euitandam ſatisdationem, niſi in eo bonorū numero etiā ſint immobilia ad concurrentem vſque æſtimationem. *§ fin. l. 15. ff. Qui ſatiſd. cogatur.* 3. Obſt. Poſt cautionem poſſeſſor immobilium omnia ſua bona vendere poteſt. *per §. fin. d. l. 15.* Ergo in illis non eſt cautum cum non duret cautum, *l. 10. §. verſum. ff. de in rem. verſo.* Reſp. Etſi deſinat hic eſſe poſſeſſor bonor. immobilium, qui fuit antea, non ideo tamen deſinunt bona eius eſſe obligata. Quod ſi ex poſt facto appareat, ea obligari ex aliqua cauſa non potuiſſe, tum demum iubebit Prætor, tanquam ex noua cauſa præſtari ſatisdationem *l. 10. §. 1. ff. h. t.* Quæ enim de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. *l. 11. §. ex cauſa. ff. de interrog. in iur. fac.* 4. Obſt. *Auth. offeratur. C. de litis conteſt.* Vbi indiſtinctè tenetur ſatisdare. Reſp. Non iſta, ſed illa determinatur per iſtam. *L. ſed & poſterioris. ff. de LL.* Iurare tamen debet iſte poſſeſſor immobilium. Ad inſtar aliorum quibus hæc ſatisdatio remittitur *L. fin. C. de Princip. agent. in reb.* 5. Obſt. *l. 7. verſ. domino ff. de incend. ruin. & nauf.* Vbi à poſſeſſore ſatis accipitur. Reſp. Eſt ſpeciale in hoc tit. vt multa alia ſpecialia. Regula tamen hæc fallit. 1. niſi eſſet principalis valde diues, tūc fideiuſſor enim idoneus ſufficeret. *L. mulier cum gloſſ. C. de iur. dot. L. tam dementis. C. de Epiſc. aud. L. ſi quis ſtipulanti. §. fin. ff. de verb. oblig.* Cum nulla ſit cauſa ſuſpicionis 2. fallit in fideiuſſore dato X. à coniuncta perſona, quia nemo carnē ſuam odio haberet. *c. non æſtimemus. 13. quæſt. 2.* 3. Quando fideiuſſor eſſet pauper quoad bona, & tamen multum fidelis. *L. ſi quis ſtipulatus § fin. ff. de V. O. vid. §. fin Inſt. de ſuſpect. tut.* 4. Fallit in fideiuſſore cōtractus. *l. 3. in fin. ff. de fidei.* 5. Si quis poſsideret multa mobilia, quę de facilè exportari non poſſent, vt ſi teneret magnam apothecam, ſeu molam, vel ſi haberet multa nomina debitor. 6. In cauſis ſummarijs, in quibus abſque litis con-

conteſtatione poteſt perueniri ad ſententiam. 7. Si poſsideat iura debitorum, nam talis non dicitur ſuſpectus, quia quod in iure eſt, dicitur in patrimonio eſſe. 8. Fallit in incarcerato, in quo non eſt metus fugæ. 9. In fideiuſſore ordinato à teſtatore. Altera regula. Quod poſſeſſor immobilium releuetur à ſadisdatione, fallit. 1. in ſatisdatione de perſequenda lite. *Auth. generaliter. C. de Epiſc. & cler.* 2. Quando quis petit reuocari Tenutam. (id eſt nudam detentionem reſultantē ex miſsione in bonorū poſſeſsione ex primo decreto) alteri cōceſſam, propter ſuam contumaciam infra annum. *L. ſi quis Emptionis §. pen. C. de praeſcript.* 30. *annor.* 3. Qui eſt abſens, & eſt citatus realiter vel verbaliter debet duci iuxt. *tit. ff. In Ius. vocati eant.* 4. In cautione de iudicato ſoluendo. 5. Qui poſsidet immobilia in loco ruinoſo, vel periculoſo, propter inundationem aquarum. 6. Qui ſterilia vel inutilia. 7. Qui viliſsima. 8. Extra locum iudicij. 9. Cum mala fide. 10. In cauſis criminalibus. 11. Litigioſam rem immobilem. 12. In cauſa naufragij, *dixi ſupra.* 13. In homine rixoſo, cauilloſo, qui eſt in loco forti, vt fortalitio.

Qua ſuſpicio in criminalibus praeſumitur, ideo reus detinetur &c.) Obſt. Ab executione non eſt incipiendum, ne indicta cauſa quis condemnetur. *l. 2. C. de except. rei. iudic.* Ergo nō poteſt incipi à ſequeſtratione ſeu arreſto. *tt. C. de Prob. ſeq. pec.* Reſp. Omnia iudicia comparata, vt actori ſatis fiat, fruſtra enim eſſet actio, ſi nō haberet executionē. *l. 6. ff. de Dolo. l. 15. ff. de re iudic. l. 68. ff. de Rei vindic.* Ex cauſa igitur permittenda eſt ſequeſtratio, cum reus ſuſpectus eſt moribus vel facultatibus. vid. *l. 5. § 1. in fin. l. 7. vti legat. nom. Cau. l. 21. §. vlt. ff. de appell.* In ciuilibus quem faciunt ſuſpectum. 1. Non poſsidere immobilia. 2. Pauca poſſidere. 3. Mali mores. *§ fin. Inſt. de ſuſpect. tutor.* 4. Quod prius maleſecerit. *L. ſi cui §. eidem. ff. de accuſ.* In criminalibus regulariter ſuſpectus præſumitur.

Sed id datis pignoribus diſſoluitur.) Naturalis & ciuilis ratio ſuadet, ſolutione eius quod debetur extingui obligationem, eaque perempta tanquam cauſa arreſti ceſſante ipſum arreſti vinculum relaxari. *§ 1. Inſt. Quib. mod. obliq. toll.* Cautionem vero interponere non ſufficit. *l. 4. §. ait Prætor. ff. de re iudic. l. quod ſi nō. ff. de pignor. act.* Præſtita tamē idonea

 cautione

Digitized by Google

cautione de ſtando iuri in loco arreſti & iudicato ſoluendo reus relaxabitur, *l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. Qui ſatisd. cog. Conſ. L. Pecunia ff. vt in poſſeſ. legat. l. ſi creditores. ff. de reb. Auth. iud. poſſ.* Tenetur actione iniuriar. qui oblata ſatisdatione reú non relaxat. Ad carcerem tamen tunc demum deueniendum, quando aliud remedium non ſupereſt. *§. quid autem in Auth. de fideiuſſoribus.* Nota tamen, quod hoc in caſu à datis fideiuſſoribus cautio tantũ iudicio ſiſti, non iudicatum ſolui exigi debeat. Quia ſi perſona debitoris abſque dolo in arreſto manere vellet, neque haberet alia bona, creditor deberet contentus eſſe cum perſona eiuſdem, vel eundem relaxare, & iura ad maiorem cautionẽ ipſum non adſtringunt, quam is eſt obligatus. Requiritur tamen, vt poſt relaxatum arreſtum iudex compellat reum, ad edendum ſuum libellum, & ad docendum de prætenſo iure ſuo, cum ſequeſtratio nihil aliud ſit, niſi quoddam præparamentum alterius actionis, vel petitionis principalis, Vnde ſicut in ordinarijs iudicijs, actio principalis aduerſus reũ non tollitur, per ipſius ſatisdationem, ſed potius aſſecuratur actor, vt in caſu victoriæ certus ſit, vbi ſuum cõſequi debeat. arg. *l. 2. §. Prator ait. ff. Qui ſatiſd. cog. §. ſed hodie. Inſt. de ſatiſd.*

Vbi tamen hoc limitat.) Satisdatio relaxat arreſtum. *L. Sæo. ff. de offic. Præſid.* Id, tamen verum eſt, cum ſatisdatio fit propter timorem dilapidationis, Fallit, ſi fieret, vt vitaretur ſcandalum, ſatisdatio. n. propoſitum maleuolum non mutat. *§. nouiſſime. Inſt. de ſuſpect. tut.* Sic tanta viri ſæuitia eſſe poteſt, vt reſtitutionem coniugis petenti, etiam ſub cautione non reddatur vxor, ſed ſequeſtretur. *c. ex transmiſſa. & c. literas. §. fin. de reſtit. ſpoliat.*

Theſis 3. Lit. A. *Quod tamen hodie.*) Solennitatibus ſc. Actionum Imp. conſtitutionib. ſublatis, quemadmodũ ex veteri cõſtitutione perſonę clariſsimæ, cauſam pecuniariam per ſe agere non poterant, quod honori eorum dabatur. *L. pen. C. de Procurat.* Fallit hoc in criminalibus, *L. pen. §. vlt ff. de public. iudic.* niſi ad excuſationes abſentium allegandas. *l. 33. §. publicè ff. de Procur.*

Lit. C. *Nam Ante Iuſtinianum.*) Olim Reus ſatisdabat, vel Procurator aut defenſor eius, etſi filius paterue ſit. *L. filiusfam. ff. Qui ſatiſd. cog.* 2. Quo tempore? Ante litem conteſtatam. *l. 8. § ſi ſeruus ff. h. t.* 3. Quibus

Digitized by Google

Quibus iudicijs? Reus in iudicijs in rem *l.8.ff.iudicat.ſolui.L.qui ſe liti.ff.de petit hæred.* Non in iudiciis in perſonam *L. ſi plurimum. §. 1. ff. de Noxal.act.* Procurator verò vel defenſor in vtriſque. Obſt. *L. ſi pupillus.§.vlt.ff.de reb.Author.iud.poſſ.* Vbi Vlp. à debitore exigit ſatisdationem, quæ eſt iudicatum ſolui. *l.5.§.In poſſeſſionem. ff. vt in poſſ.ff.legat.* Reſp. *Cuiac.cit.loc.* Hunc quidem eſſe morem; vt ſi poſt 30. dies, quum bona debitoris ex edicto poſſeſſa ſunt, vel poſt pubertatem, ſi pupilli bona poſſeſſa fuerint, ita tamen, vt non minus 30. diebus poſſeſſa fuerint, ipſe debitor defenſionem ſui ſuſcipiat, ſatisdet iudicatũ ſolui ſtipulatione; ſed ſe putare, ipſo defendente non eſſe neceſſariam ſatisdationem, nec malè eum, qui obtulit defenſionem, nec ſatisdedit, agere interdicto, quo iubeantur creditores diſcedere poſſeſsione.

Lit.G. Optima ratione.) Introductæ ſunt ex malitijs & tergiverſationibus litigantium, quibus vti ſolent, ſine vlla fronte in ſacroſancta iuris Officina. Et cur non malitijs actoris occurreretur, vt æqualitas inter vtrumque litigatorem ſpectaretur: 1. Ne actores arbitrio ſuo, & ſæpè per calumniam, cum vellent, iudiciorum perſecutionem deſererent, eo prætextu, quaſi nemo cogendus eſſet ad agendum. *tt.C.vt nem.inuit.ag.cog.* Ideo non decernebatur citatio, neque ad executionẽ perducebatur, niſi cautione ab Actore data, quod intra duos menſes litem conteſtaturus. *l.1.C.de lit.conteſt.Auth.libellum.ibid.* Hodiè vix longo tempore peruenitur ad cõteſtationem litis, adeò in præparationibus caluminantur omnes. 2. Satiſdare cõpellebatur Actor olim; quod vſque ad finem litis per ſe, aut per Procuratorem ius ſuum perſecuturus eſſet. Et quod conuictus de iniuſta perſecutione, vellet expenſarum, ſumptuumque nomine, decimam partem litis ſoluere. Vnde & olim calumniæ actio fuit. *Nou. 12. c. 2.* Perpendamus hic quam curioſi quondam fuerint grauiſsimi quidam legislatores, de expellenda litigantium calumnia, quamque turpiter nobis iſti labantur ex manibus, ſinimus pleraque conniuentibus oculis aboleri, quæ præſtaret obuijs manibus amplecti.

Quid ſi ſpem tantũ poſsideat.) Obſt. 1. Qui actionem ad rem habet, ipſam rẽ habere videtur *l.15 ff.de Acq rer.dom.l.142 ff.de verb.ſig.* Reſp. Habere quidem videtur, vt tãto locupletior videatur, ſed non habet, vt eo nomine poſſit eſſe Actor ſecurus, & paratam haberet iudicati

executio-

Digitized by Google

executionem, quia non tam facilè reperietur, qui actionem ad rem, quam rem immobilem emeret. *arg.l.40.ff.de minor.l.24.C.Mand.* Vnde in executione rei iudicatæ, vltimo peruenitur ad iura & nomina.*l.15.§.in venditione.ff. de re iudic.2.* Propter difficilē euentum & incertū. *l.5.ff.de pecul.* moras.*l.15.vt legat ſeru.cauſa vid. l. 25.ff de R.I.*

Theſis 4.Lit A.Nam Si extraordinem]Senſus: qui Prouincialem hominem extra territorium ſuum per reſcriptū vel alio modo euocat, & in ius producit in termino vel die pręfixo cōparere tenetur, & ſub certa pœnæ qualitate per judicem taxanda litem terminare *Nou.53.c.1. & 2.* Ratio, vtitur.n. quadam vi extraordinaria & reſcripto principis diuino nutu vel iuſſu maximę poteſtatis, cū Actor debeat ſequi forum rei.

Theſ.5 Quod & olim obtinuit]obſt. Procurator abſentis cogitur cauere de rato de iure veteri *l.33.§.ait Prætor.l.40.§.ratihabitionis ff.de Procur.* Ergo olim hoc non obtinuit quod Procurator abſentis ſi habeat mandatum admittatur ſine cautione rati. Reſp. Abſentis quidem hic eſt procurator, ſed tamen habetur præſentis, quia de Domini voluntate perinde conſtat, ex mādato, ac ſi preſens eſſet Præſentē enim exigimus non Domini perſonam, ſed voluntatem, quæ ſi aperta eſt nullus præſtādę cautionis de rato locus relinquitur.*l.1.C.de Procur.l.21.ff.Rem.rat. hab.l.vnic. C.de ſatisdation. vid.l.39 in pr. Procurator.* vbi literæ Procuratoris ipſum quoque faciunt præſentē. Reſp. tamen Author illam L. ab Vlpiano ad ſua tempore de tortam eſſe.

Ad verba niſi perſona neceſſaria]Per.*l.35 ff de Procurator.* Obſt. nemo ſine actione agit *l.6.§.vlt.ff.de Negot.geſt.l.10 C de Procur.* vbi dicitur quod nec poſſit exerceri actio ſine mandato, Mādatum porro, cum ſit facti, nō præſumitur. Ergo nec in neceſſarijs Reſp. Cōiunctio facit pręſumi mandatum, cui enim melius, quam perſonæ tam coniunctæ actionem mandarent *l.21.C. de Procur.l.40.§. vlt.ff. de Procur.* quia per ſe habent iuris pręſumptionē. Non tamen ſunt veri Procuratores, licet illis agere ſit permiſſum *l.3.§. ſed etſi ff Iudic.ſolui.* Ideoque coguntur, cauere de rato *l. 21. C. Mand.* ad quod verum mandatum habentes non coguntur.*l.1.C.Mandat* (2) obſt. *in tract. de Procur.* inuitus accipitur is non ſolum qui contradicit, ſed etiam qui non conſentit *l. 8.§. in*

vitis

Digitized by Google

vitiis ff. De Procur. Ergo non ſufficit aliquem non contradicere, niſi etiā conſentiat Reſp. Ex parte procuratoris antecedens quidem verum eſt, non vero ex parte eius, cuius eſt procurator: Nam poſſum etiam ignorantis procuratorem me dicere, & eo nomine agere tanquam procurator, dum tamen caueam de rato. Mandatum quidem ſemper neceſſarium eſt, illud vero duplex. Expreſſum vel tacitum, hoc iterum duplex vel tacitum, quod ratihabitione inducitur, vel præſumptum, quod coniunctione.

Quod ſi omnino deficiat.] Obſt. Satisdatio facit, vt de indemnitate ſecurus ſit aduerſarius. *l.1. ff. Qui ſatisd.* Ergo nō eſt repellendus. Reſp. Melius tamen eſt impedire ab initio, ne damnum emergat, quam de indemnitate poſtmodum diſputare. *l.17. §. non omnimodo. ff. de Teſtam. tut. l.5. ff de ſuſpect. tut.* Atqui damnū nec modicū eſt, lite vexari, melius re carere. *l.4. ff. de Alien. iud. mut. cau.* Conf. *l 3. ff. de compenſ. l.15. ff. de fidei. l.171. ff. de R. I.*

Lit. F. Vſque ad litis] Obſt. Litis conteſtatio facta cum falſo procuratore non impedit, quo minus fiat irritum iudicium. Reſp. Per litis conteſtationem quaſi contrahitur. *l.3. §. idem ſcribit. ff. De Pecul.* Eſtque hæc exceptio dilatoria. *l.19. C. de Prob. l. pen. C. de Except.* quæ ante litem conteſtatam opponenda.

Theſis 6. Lit. B. Adeo autē iuramentū.] Tactis Euangelijs iudices iurare debent, ad quę cum reſpiciunt, reponant ſibi in memoriam, ſe non tam iudicare hic, quam iudicandos eſſe in poſterum. 1. vel in Syndicatu. 2. vel in extremo iudicio. Hocque iuramento non interpoſito vitiatur proceſſus *per l. prolatam. C. de ſententijs.* queādmodum non interpoſita ſolemnitate. 2. Omiſsio S. Crucis vitiat inuentarium *l. fin. § ſubſcriptionem, C. de Iur. delib.* 3 In fin *L.* dicitur, quod contemptorib. ſit futurum periculoſum. Non obſtat. *l 1. §. fin. ff. de vent. inſpic.* Reſp. Ibi loquitur de leuiuſcula extrinſeca ſolēnitate; hic religione opus eſt. *Diſſ. Sub. hoc loc.* Vacant enim ſacris Dei. *l 32. §. 4. ff. de recept. l. 33. in pr. C. de Epiſc. & Cleric. Nouell. 81. §. 1.*

Lit. D. Cautio ſecuritatis datur illi qui ob delictum in iudicio comparere veretur.) Obſt. 1. Petitio ſalui conductus, eo in caſu, cum de crimine inculpatis conceditur, ſuperuacanea eſt, cum pro ſe habeāt Legis & Imperij præſidium, quod ſecuritatem omnibus tribuit. *l. 4. verſ. ſed & C. de prapoſ. Sacri cubic.* nocens fruſtra illud implorat, cum deliquerit

Digitized by Google

l. auxilium. ff. de minorib. c. neque a. Nouell. 17. Reſp. Saluus conductus hunc in finem ab accuſatis petitur & datur ijs, vt metu carceris liberati commodius defenſionis & innocentiæ prætenſæ telam pertexere poſsint: ideo diſceptatio nocentiæ vel innocentiæ illam non retardabit, ſed ad litis finem reijcietur.

Vnde in Camera) Bannito non eſt dandus ſaluus conductus ad comparendum 1. Quia ex præſcripto ordinationis per procuratorem agitari debent, Ergo Bannitus Reus per procuratorem comparere debet, defenſio enim quæ iuris naturalis, nemini deneganda *Clem. Paſtoralis. de ſent. & re iudic.* Cum vero eſt Actor, Bannitus ipſe comparere non poteſt, cum non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio. Obſt. Quid ſi Bannitus ob aliud delictum iterum ſit banniendus, quomodo tunc citandus, locus enim Iudicij non eſt tutus, & ideo citatus comparere non tenetur Reſp. compareat per procuratorem.

Dixi à Magiſtratu hanc dari) 1. Ab Experientia, quæ ſtultorũ magiſtra eſt, 2. cũ ſententiã illi in criminib. ferre omnes poſsint, ad eam vero niſi accuſatus auditus ſit perueniri nequeat, audiri vero aliter non poſsit, niſi præſens ſit *l. pen. §. 1. ff. de public. iud.* Comparere vero in loco haud tuto cogatur. *c. 4. §. mandamus x. vt lite non conteſtata.* Aut ſaluũ conductum concedere ipſi fas erit, aut iudicior. tela impediretur. Nam cum Cæſar omnibus locis adeſſe nequeat. *l. 7. C. de profeſſ. & med.* Si eum pro ſaluo conductu reus ſolicitare cogeretur, iudicium intereà ſileret, quod abſurdum 1. Obſt. *l. Relegati in fin. ff. de pœn.* vbi nemo poteſt exuli commeatum dare, niſi Imp. Non ergo inferior; Duo enim ſunt, quibus omnis humanor. actuum conſtat effectus. Voluntas & poteſtas, nec vnum quicquam poteſt ſine alio: inferior deſtituitur poteſtate E. fruſtranea eius voluntas. Reſp. 1. Non loquuntur de ſaluo conductu, ſed remiſsione & indulgentia criminis, quam ſolus Imp. dare poteſt. Et non niſi moribus noſtris Comites & Barones.

2. Obſt. Qui ſaluum conductum habentem offendit, crimen læſæ maieſtatis incurrit. *l. 1. ibi vel aduerſus eius ſententiam. ff. Ad l. Iul. maieſt.* Quod tamen aduerſus ſolum Principem committitur. *§. publica Inſt. de public. iud.* Reſp. 1. *in d. l. 1.* vocabulum ſecuritatis pro tranquillitate & pace interpretandum 2. hoc tantum intelligitur in violatione conceſſæ ſecuritatis à Principe: Mitius autem puniretur, qui violaret ſecuritatem magiſtratus.

Et marito

Digitized by Google

Et marito conceſſa) Per *c.* 1 *§. ſimiliter Quib. mod. feud. amitt.* 2. vxor & maritus ſunt vnum corpus *c. admonere. 33. q. 2.* 3. Iniuria vxori illata, intelligitur marito illata. *l. 1. §. fin. l. 18. § fin. ff. de ini. l. 1. C. de in ius voc. l. 2. C. de Epiſc. & cleric. l. 1 & 2. C. de vxor. milit. l. 6. & fin. C. de profeſſ & med. l. fin. C. de iniur. l. 6. C. de fabricenſ. l. 9 C. de proxim. ſacror. ſcrin. l. 20. ff. de re iudic. l. fin. C. de priuileg. ſchol.* Eamque ob cauſam receptum eſt, quod in illis caſib. in quibus maritus propter dignitatem torqueri nequit, nec vxor ipſius torqueri poſsit.

Eamque aut non concedendam) Per l. conuentionē ff. de Pact. Ibi dú ait per Principem, Ictus de omni fide Principis illud intelligit. Obſt. Quod loquatur lex de hoſte belli, nō hoſte ex delicto. Reſp. Lex 1. *ff. Eod.* loquitur generaliter, quod omnia pacta ſint ſeruanda. 2. Obſt ſaluus cóductus dicitur cautio fragilis. E. poteſt frangi. *l. 66. §. ff. ad Trebell.* Reſp. Hoc dicitur de cautionibus priuatis, idque ab euentu facti, non iuris. *l. 6. in fin. ff. Quod falſ. tut.* quia debitor non eſt ſoluendo, alias omnes fideiuſsiones eſſent nullæ. 3. Obſt. Maleuolum animum non mutat. *§. fin. Inſt. de ſuſp. tut.* Reſp. Ergo non eſt danda, data ſeruanda 4. cum hoſte. qui ſuo delicto ciuitate priuatus eſt, nulla obligatio contrahi poteſt, cum ſtipulari nō poſsit. *l. multum. ff. de V. O.* Reſp. Tamē poteſt paciſci. 5. Obſt. *Leo X.* Pontifex M. cum ſaluum conductum conceſsiſſet Paulo Baliono ſtrenuiſsimo militum duci, vt tute ad eum accedere poſſet, contra datam fidem ei iuſsit caput amputari. *Ferret. in tract. de Gabell. & public. n. 95.* Item pariter ſcribit Cagnolus *in l. Ea eſt natura. n. 18 ff. de R. I.* Senatum Taurinenſem dediſſe ſaluum conductum cuidam inſigni & famoſo latroni, & tamen Sereniſsimi Ducis Sabaudiæ Cancellarius iuſsit illum laqueo ſuſpendi: Sic contra datam fidem Ioannes Huſſus in Concilio Conſtantienſi combuſtus eſt. *Menoch. conſil. 100. n. 191.* Reſp. Quædā ſolo facto arg. *l. 13. verſ. vſurpatū ff. de iniur.* facta ſunt, nullo iure, quæ cauillatio eſt, *l 65. ff. de R. I.* ſub publica enim fide nemo eſt decipiendus. Quædam ob ſaluum conductum limitatum contigerunt. *vid. Concil. Conſtantienſe. ſeſſ. 6 die 17. april.*

Citatos etiam ad aliam) Q. An ſaluus conductus ad eundum, redeundi quoque facultatem contineat? Affirm. 1. Quia ſecuritas eſt beneficium *l. relegati ff. de pœn.* E. latiſsime interpretandum *l. 3. ff. de conſt. Princip.* 2. mens concedentis talis præſumi debet, qualis conſideratur in viro prudenti, & bono, non cauillatoria, qualis ibi fuit: Ibitis, redibi-

Digitized by Google

tis non capiemini,in qua ſolum comma,poſtpoſitum particulæ negatiuæ,non eos captiuos fore ſignificat. 3. vt ſecuritas data aliquem effectum habeat, reditum omnino implicat, nemo enim præſumitur elegiſſe viam impugnatiuam ſuæ voluntatis *l. 3. & ibi Dd. ff. de teſt. milit*. Et qui vult conſequens, vult etiam antecedens *l. 56. ff. de procur*. 4. In priuatorum pactis iter eundi, ius quoque redeundi continet. *l. minimur. ff. de ſepulchr. violat. l. ſi venditor. ff de relig. & ſumpt. fun. l. qui fundum. §. 1. ff. de contrah. empt*. E. quoque in pactis Principum, vbi eſt exuberantior bona fides: Et habet ſecuritatis promiſsio ſe inſtar pacti *argum. l. 1. ff. de pact*. Ergo habet locum. *l. ſicut. C. de O. & A*. E. ſoli concedenti non licet reſilire, vt ſint eadem principia deſtructionis, quæ compoſitionis. 5. Miles ad Sigiſmundum Imp. ait, cum diceret Imp. At immodica tua petitio eſt Reſpondit, poteras negare cum peterem, nunc promiſſa ſine turpitudine non potes reſcindere. *Menoch. caſ. 336. n. 33*. 1. Obſt. Saluus conductus eſt ſtrictè accipiendus, cum detur delinquentib. E. ire vias, non continet redire vias. Reſp. neg. anteced. quia latè eſt interpretandus *vid. ſupr*. quia fit illi, qui conceſsione facta hoſtis amplius non eſt. 2. Obſt. Non fuit ea mens concedentis, vt voluerit hoſtem dum eſt in in terra hoſtili, frui ſua ſecuritate. Reſp. Nego anteced. niſi concedens fuerit in dolo, hæc præſumitur eius mens. Neque tantum inſpiciendum, quid cogitauerit concedens, quam accipiens.

Lit. E. Quoties nimirum) Negatiua inſerenda: Senſus. Quando propter crimen commiſſum pœna corporis irrogatur pro reo carceri incluſo fideiuſſores recipiendi non ſunt. *per l. 3. ff. de cuſtod. & exhib. reor.* quia fideiuſſor in eam ſeſe pœnam corporalē, obligare nequaquam poteſt. Quandoquidem dominium neque vitæ, neque vllius membri homo habeat, ſed omnia χρήσει, non κτήσει poſsidet iuxta illud Lucret. 3.

Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus vſu.

L. 13 ff. ad l. Aquil. vnde nec ad torturam ſe obligare poteſt. *l. 38. §. qui furem. ff. de furt*. 2. ſi reus animaduerteret, ſe ſententia damnatum iri, fuga me herclè ſibi ſalutem quæreret, hac ratione executionem ſententiæ euitaturus, atque ita iudiciarij tribunalis eluderetur authoritas. Nec tenetur fideiuſſor, ſed author. *l. ſancimus. C. de pœn. Deut. 24. Ezech. 18*. Quo fieret vt impunè maleficium ferret reus contra. *L. Ita vulneratus §. cum neque ff. Ad L. Aquil. l. 3. C. de Epiſc. aud.*

Digitized by Google

Hodie tamen etiam] Hodiè paſsim vſu increbuit, vt ſub nominata pœna fideiuſſores in cauſsis, quæ admittunt fideiuſsionem, permittant reum ſiſtere ſingulis terminis iudicialib. vſque ad ſententiam definitiuam, vel toties quoties deſiderabitur, nonnunquam ſub mulcta. 500. 1000. 2000. 3000. pro qualitate delicti, pro conditione & facultatibus perſonæ reæ, cuius quantitas moderatione iudicis determinabitur. *Coler. c. 3 p. 2. n* 88. quæ pœna tunc ceſſante arbitrio iudicis exigitur, Obſt. Eiuſmodi pecuniariam conuentionem ſapere tranſactionem quandam, per quam videtur accuſator deſtitiſſe ab accuſatione, ſiquidem fideiuſſores pro reo receperit *l. ab accuſatione l. de ſtitiſſe ff. Ad Scm. Turpil. l. fin. C. eod.* Atque ita cauſam criminalem verſam eſſe in ciuilem. *Coler. d. c. 3. p. 2. n. 95.* Reſp. Per interlocutionem iudicis contingit, vt reus ſub fideiuſſoribus ad certam ſummam ſe obſtringentib. relaxetur, cui accuſator parere cogitur. *l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* Quod ſecius eſſet, ſi accuſator vltro faceret, bonum tamen eſſet, ſi proteſtarentur, ſe per hanc fideiuſſorum interventionem à pœnali perſecutione nequaquam ſecedere velle, hæc enim proteſtatio ius integrum conſeruat *l. non ſolum §. morte ff. de oper. nov. nunc Valent. Franc. cit. loc.*

Tandem hic & illud) Tempore feriarum ſolennium Paſchatis & natalis ſeruatoris noſtri relaxantur carcerati ſub fideiuſsione. *l. 3. C. de Epiſc. aud. conf. l. 8. ff. Ad Turpil.* Qui mos etiam conſuetus erat apud Iudæos, ſed tandem peſsimè obſeruatus ob Dominum crucifixum, & prædonem dimiſſum. *Matth. 27. v. 15.* Sic homicidæ anno Iubilæi ad ſuos reuertebâtur. *Num. c. 39.* Eſt tamen hæc relaxatio potius quam remiſsio, quæ Mediolani quidem adhuc obſeruatur, inquit. *Menoch. cit. loc.* Deinde videtur correctum in *Nou. 17. c. 7.* vbi pro templorum cautela, quidam legunt temporum.

Theſ. 7. Lit. A. non niſi idoneos) 1. Obſt. Cautio eſt facti, non iuris. Equamuis vitioſè cautum, non poteſt tamen ius facere, vt non ſit cautum, ratio enim iuris non poteſt efficere, vt facta ſint infecta. *l. 19. ff. Ex quib. cauſis mai. in integ. l. 77. §. 1 ff. Ad ſen. Trebell.* Reſp. cautio fit propter effectum, qui non ex nudo facto, ſed propter factum ex iuris authoritate proficiſcitur, quod igitur contra ius factum, non habet iuris effectum. *l. 2. ff. de Auth. tut. l. 25. ff. de pign. l. 3. ff. de fidei. l. 1. ff. ſi quis in ius voc.*

Digitized by Google

non ierit. l. 54. ff. de procur. 2. Obſt. Hæc ſatisdatio neceſſaria eſt, & iniungitur ei, qui nulla ſua promiſsione obligatus eſt ad fideiuſſores dandos, quos locupletes & idoneos inuenire plerumque difficile eſt, præſertim inopi homini. *l. 33 §. præterea. C. de Epiſc. & cleric.* ſemper vero durum homini locupleti, honeſto & bene probato. *l. 17. §. non omnimodo. ff. de teſt. tut.* Ergo dignus eſt, qui in ius vocatur, cui ſuccurratur, vt qualemcunque fideiuſſorem dando audiatur. *l. 7. in pr. & §. 1. ff. Qui ſatiſd. cog.* Ne, dum executoris pertinax & auara proteruitas idoneos fideiuſſores flagitat, multiplex innoxiæ paupertati infligatur incommodum. *§. præterea.* Reſp. ſuccurritur quidem ei, qui dat fideiuſſorem, quatenus ita poteſt ſuccurri, vt res ſit in tuto actori. *d. l. 7. in pr. & §. 1.* At non eſt in tuto, ſi non locuples fideiuſſor detur, quia nulla eſt actio, quam debitoris inopia eludit. *l. 6. ff. de dolo.* Nec vlla in eo fit iniuria ſatisdanti, qui ſcilicet non cogitur præcisè ad ſatisdationem, ſed ita demum, ſi non malit in ius venire. Denique hæc ſatisdatio non tam in obligatione, quam in præſtatione eſt, ideoque videtur voluntaria, ſi reus in ea cauſa ſit, vt nihil impediat, quo minus venire in ius poſsit *d. l. 7. ff. Qui ſatiſd. cog.* Fallit hoc tamen in neceſſarijs perſonis, merentur enim hunc honorem, vt qualemcunque fideiuſſorem dando liberentur, vt parens & patronus: nam & filius emancipatus & libertus boni conſulere debent, quod veniam impetrauerint vocandi in ius perſonas iſtas, quib. tanta debetur reuerentia, vt vocari non poſsint. *A quorum ſententia appellari non poteſt*) Hi arbitri Iudicis inſtar obtinent, cum dati ſint à Prætore ſuper cognoſcendum de facto, & pronuntiandum, quamuis citra abſolutionem, aut condemnationem. [In quo ſolo differt à Iudice] ita & quod pronuntiauit, ſententiæ vim habet, ac proinde etiam rei iudicatæ, ſi appellatum non ſit. Alioqui vel nullus erit finis cognitionis.

(*Neque verum eſt*) Senſus horum verborum. Qui tenetur dare fideiuſſorem, non liberatur dando pignora, vt patet ex *Diſſent. Dec. ad l. 25. ff. de R. I. n. 4. Qui ad l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet.* (quæ etiam lex eſt, quam proculdubio Author allegat) reſp. Aliud quidem pro alio inuito creditore ſolui non poſſe in ſolutione; Aliud eſſe in cautione, Quo caſu, qui promiſit dare vnum pignus, poteſt dare aliud æque bonum. *gloſſ. in l. ſi Titio ff. de pignorib.* Quia tenetur quis facere, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt. *L. in crediuore ff. de Euict. l. 2. §. item Varus ff. de Aq. pluu.*

Digitized by Google

*Aq.pluu.arc.*Reſp. ſolutio & ſatisdatio *in l.1.ff.Qui ſatiſd.cog.* cõferuntur. *vid.tamen l.ergo §.adijci,ff.de fideicomm.libert.* vbi ſatisdatio,pignoris tributio. & nuda promiſsio à pari procedunt.

Lit.B. vnde nec mulier) Obſt. Qui adhibet ad ſatisdationem eum,cuius priuilegiũ aliquod eſt, vt habeat fori præſcriptioné,idoneè tamen videtur cauere,vno nimir.caſu,quo aliter cauere nõ poſsit,& ita, ſi prædicatur ei,non vſurum illum exceptione *l.7.in pr.ff.eod.* Atqui perinde mulier poteſt cauere, ſe non vſuram exceptione S©ti Velleiani.*l.vlt.§.pen.ff.ad Scm. Vellei.* E. poteſt idonea eſſe ad fideiubendum,ſaltem eo caſu,quo caueat ſe exceptione non vſuram. Reſp. Non poteſt mulier fideiubere, quin paratum habeat auxilium S©ti.Velleiani,cui vix renuntiare poteſt:quia in fraudem S©ti.hoc excogitatum eſſet.*l.29.§.vlt.ff.eod.l.79.§.vlt.ff.de condit.& demonſtr.* Nec enim priuator.cautionib. iuri publico derogatur. *l. vlt. ff.de ſuis.* Planè poſtquam intercesſit contra Sn©tum. cœpitque ex hac cauſa exceptio ei competere,ſi nihilominus iudicium ſuſcipere velit,audienda eſt, ſi modo caueat, ſe non vſuram exceptione, quia tunc iam ſatisfa©tum eſt S©to, necquicquam fit contra ius publicum, Ea enim Senatus mens non eſt, vt mulier omnimodo vtatur exceptione, ſed vt poſsit vti ſi velit:ſicut nec legis Falcidiæ, vt heres Falcidiam omnimodo ex legatis deducat, ſed vt eam poſsit deducere, ſi volet eo tempore, quo iam ius habet quæſitum Falcidiæ deducendæ. At nunquam poſſet mulieri competere exceptio S©ti, ſi valeret cautio qua promiſiſſet ſe non vſuram:Eſſet igitur ea cautio contra Scm. quo tamen locum habente, fieri nequit,vt mulier poſsit ad fideiubendum eſſe idonea, quæ talem habet exceptionem *l.3 ff.de fideiuſſ.l.34.de Procur.*

Lit.C.& D.nec minor nec miles) At nonne poſſunt iſti ſuo priuilegio renunciare Neg. 1. Non minor,quia aduerſus eam renuntiationem in minore ætate fa©tam æque reſtitueretur. *l. 19.§. idemque eſt ff. de nouat.* 2. Non miles,quia hoc priuilegium ob publicam vtilitatem conceſſum eſt,nec poterat miles alienis negotijs ſe immiſcere inoffenſa diſciplina. *l.9.C.de procur.l.milites noſtros,C.locati.* Hodiè tamen poteſt,quod vtrũque probat *l.pen.C.de pa©t.*

Quia in rem ſuam) Minor nunquam reſtituitur ob id, quod minor, niſi etiam concurrat læſio. *l.9.§.ſi minor.ff.de iure i.l.11.§.ſciendum.l.24.§. non ſemper.ff. de Minorib.*

Lit.

Digitized by Google

Lit. G: Qui fori præſcriptione) 1. Obſt. Locuples dicitur loculis plenis. E. ex facultatib. tantum æſtimandus eſt; non exconueniendi facilitate. *l. 234. §. 1. ff. de verb. ſignif. l. vlt. ff. de reb. cred. l. 3. ff. de manum. l. 54. ff. de manum teſtam.* Reſp. Parum intereſt, an non ſoluendo ſit debitor, an non v. poſsit facilè conueniri, ſiue ob dignitatem, ſiue quod habeat fori præſcriptionẽ, ſiue quod ſit litigioſus aut rixoſus, cũ hæc omnia faciant, vt actor ſuum non poſsit conſequi, qui tamen contraria mente accipit fideiuſſores. *§. vlt. Inſt. de replicat.*

Lit. H. vnus vero) Quantumuis pluraliter LL. interdum fideiuſſores exigant. *l. 1. l 9. ff. Qui ſatiſd. cog.* tamen verius eſt vnum idoneum & locupletem ſufficere in ciuilib. *l. 2 3. 4. 5. §. 1. l. 7. ff. eod.*

Lit. I. vbi vero dignitas) 1. Si reus ſit tantũ ſuſpectus de facinore, poteſt tradi cuſtodiæ fideiuſſorum *l. 3. ff. de cuſtod. & exh. reor.* ibi niſi tã graue ſcelus commiſiſſe cõſtat: arg. à contrario ſenſu 2. Si pendente proceſſu, antè latã ſententiã apparuerit abſoluendũ eſſe reũ, vt quia de ſua innocentia docuerit. *l. 2. C. de exhib. reor.* 3. Si conſuetudine receptũ ſit, quod diſplicet *Couarr. lib. 2. var. reſolut. c. 8. n.* 8. 4. Quando pœna corporalis conuertitur in pecuniariam *Menoch. in arbitr. caſ.* 303. qui tamen diſſentit. 5. ſi ſe non tantum fideiuſſorem, ſed & cuſtodem fore promitteret, quo caſu eandem pœnam ſubire cogitur; ſi reus elapſus fuerit *l. ad commentarienſem & ibi Dd. C. de cuſtod. reor.* tunc enim non reſpectu fideiuſſoriæ obligationis, ſed reſpectu cuſtodiæ pœnam incurrit. 6. ſi ſolennia celebrantur feſta. *l. 3 C. de Epiſc. aud.* Verum apud nos Germanos raro aut nunquam vſu ſeruatur, ſi præſertim ſint crimina atrociora: Qui namque grauius aliquid audet committere, eum vix ſperes ferijs ſolẽnibus pietatis rationem habiturum, quin pedib. ſibi conſulat, fideiuſſorib. quibuſcunque datis. 7. Si viri ampliſsimi criminis rei arguantur. *l. 1 ff. de cuſtod. & exhib. reor.* Quo beneficio decuriones, nec nõn Doctores, atque artium liberalium profeſſores meritò frui placuit. 8. Iure Saxonico Reus inflagranti crimine non deprehenſus, qui cum iam delictum pernoctatum, nec accuſatio inſtituta eſſet, è fuga captus & in carcerem coniectus eſt, cautioni fideiuſſoriæ creditur Landt-Recht. *lib. 1. art. 3. & 34. Valent. Franc. c. 3. de Fideiuſſ. n. 233. & ſeqq.*

FINIS.

Digitized by Google